N.° 15. ... Sed properemus ad indicandos alios effectus diuiduae obligationis, in quibus non licet immorari, quia non tam proprie attingunt nostrum tractatum. Quemadmodum diuidua obligatio admittit partis diuisionem non soluente debitore, ita admittit partis repetitionem, si plus solutum fuit, quam debebatur, et illud diuiduum erat. l. ng. et si pars 23. §. ult. ff. reb. cred. l. si pena 19. §. si cal. 2. l. si duo 25. l. si non sortem 26. l. idem Marcellus 5. cum seqq. l. si is qui 31. de condict. indeb. l. si Titius 62. ... l. qui solidum 78. de leg. 2. ueluti si integer fundus solutus fuit, cum pars deberetur, uel centum, cum tantum decem 50. caeterum si qui 100. in pecunia deberet, existimans se 200 debere, fundum 200 aestimatum ... creditori soluit, in repetendo indebito, non repetit quod dimidium fundi, sed totum fundum manente pristina oblig. ad 100. d. l. si non sortem 26. §. si centum 2. cum duobus seqq. de condict. indeb. Ratio est, quia forsan creditor contentus non esset nisi solido fundo, et debitor forte partem fundi non soluerit. Alia est ratio tradita ab AA. ne cogantur creditor, et debitor manere in communione, quae solet excitare discordias. l. cum pater 77. §. dulcissimis. de leg. 2. cum sitibus. Brixon. lib. 2. de solut. Vitualdus ad Donell. lib. 14. cap. 13. litt. G. Pich. in §. 30. n.° 30 inst. de action. Nunquam enim pecunia diuidit fundum, rem, aut corpus, quorum ratio pendit. Idem si dos in genere ... uel consideretur, minuitur ipso iure propter impensas factas, ipsa tamen corpora non minuunt l. dote. 61. de iur. nupt. l. et si is qui 57. §. quod dic. de ... l. illud. 5. de ... dotal. l. quod dic. 5. ff. de impens. in res. dot. fact. l. dote 5.

ff. de

ff. de lib. & leg. §. ity si de libe. 30. inst. de act. Cuiac. 23. obs. 12. & Barbos. in rubr. solut. matr. 3. p. te ex n.° 18. Osuald. ubi pr. litt. B. Lich. in §. fuerat. 29. inst. de act. n.° 87. omissis Ant. Fabri argumentis lib. 1. ratio. 2. quibus ipse magna ex parte satisfacit magis doctus, & melius intellectis de error. decad. 82. err. 5. Idq. dicendum est et diminut. peculii propter aes alienum, quod cum domino contraxit servus peculiatus l. peculii 4. §. si aes alienum 2. de peculio. neq. quod dicitur corpora peculii minui propter debita cum domino a servo contracta, inst. peculium 6. l. denique 8. l. si Stichus 24. de peculi legato, non ad singula corpora individuata referendum est, sed ad quantitatem totius peculii ad corpus peculii universale l. dominus 22. eod. tit.° notant Accurs. & Alberic. in d. l. Stichus 24. Cuiac. in d. l. 5. de lib. & leg. et lib. 23. obs. cap. 12.

Ex eadem etiam ratione, si alia res pro alia volenti creditori soluta sit, & pars rei solutae à creditore evincatur, tota restituenda est, ut ad pristinum redeat obligatio l. si quis aliam 46. de solut. Velsi pars redhibeatur, aut pro parte rescindatur venditio, a toto contractu abitur. l. tutor. 47. §. pen. de minorib. l. quod si uno 18. cum ipse de in diem addict. l. quod si nolit. 31. §. si plures de aedilit. edict. Sed haec magis remittenda sunt, quam prosequenda nobis, pro quo leviter attigisse sufficiet.

Ille maxime proximus effectus est, ut quemadmodum si volenti creditori pars debiti dividui solvatur, puta fundi, aut pecuniae, pro illa parte dissolvitur obligatio l. si stipulatus 9. §. qui decem, l. si sic eum 34. §. 1. de solut. l. unus. 9. cum seq. de acceptilat. §. 1. inst. quibus modis tollitur obligatio ita quilibet ex dominis, qui per servum debent quantitatem, vel quilibet haeres, qui debitori succedit, liberatur in ea parte, qua solvit, utrorumque casu inter plures dominos, vel haeredes dividitur obligatio l. et alio. l. cum 45. de acquir. haered. l. servus 5. de stip. servor. §. ult. inst. eod. tit.° Unde quamvis unus ex dominis, vel haeredibus solvendo non sit, alter qui est solvendo tantum pro sua parte tenetur, nec suscipit periculum partis socii. l. ult. C. deposit. l. Volent. 3. de alim. & cibar. legat. docent Ant. Gomez tom. 2. var. cap. 10. n.° 3. & 4. ubi alios adducit Lainez Parlador lib. 2

N.° 16

ex quest. 1. § de l. 1. n.° 13. Alii apud Bez. de cens. iur. Cradt. 3. tit. 4. q. 6. a princ. & n.° 6.

N.° 17 De obligationibus non haereditariis.

Quae hactenus diximus procedunt in actionibus sive obligationibus quae ab auctore contractae, quae in haeredes transmittuntur, dividuntur ipsa lege 12. tab. Aliud dicendum est de illis obligationibus, quae contra haeredes ipsos nascuntur ex quasi contractu aditionis, ista enim non dividuntur ipsa lege, quia haereditariae non sunt, ideoque possunt iniungi, & imperari a testatore illi, vel illis vel haeredibus quos elegerit; quia in applicatione harum obligationum nil contra legem facit. Ex quo fit, ut legata indistincte relicta in testamento, veluti hoc modo, illi fundum lego, illi domum Seianam, illi 100 aureos, praestanda sint ab omnibus haeredibus pro portionibus haereditariis, quoniam legata dividuntur, eo quod regulariter omnis legatarius gravatus habetur ad commodum haereditatis. L. si quis in fundo. 4. § 1. de legat. 1. L. legatarius. 33. L. si pluribus. 44. de leg. 2. L. si plures. 9. de leg. 3. L. quotiens. 23. ad S. C. Trebell. L. 2. § legatarius. 19. ut legat. nom. caveat. L. sive a certis. 17. de duob. reis. Caeterum si testator multis haeredibus scriptis uni tantum iniunxerit omnium legatorum praestationem, ille solus legata solvere tenetur. L. ab omnibus. 104. de leg. 1. ubi si ita iusserit: Titius haeres meus damnas esto dare illud, vel illa legata, quae in testamento relinquo, quod est ab uno haerede legare, qui tenetur solida praestare legata, & coharedes caeteri immunes sunt. Imo si aliqua dictura est, testatoris voluntas omnes quidem gravare pro aequalibus partibus, quamvis ex inaequalibus instituti sint omnes haeredes, aequaliter tenebuntur ad quod demum fuit sufficiens regulariter si omnes haeredes nominibus expressis appellaverit; nisi in contrarium apparentia fortior voluntatis dictura, sic intelligendus L. turpia. 54. § 1. de leg. 1. quoque intellectus L. si haeredi. 124. cod. tit.° L. si numquam. 24. ad S. C. Trebell. L. ita liber. 8. § 1. de statulib. L. si cons. 37. de haered. instit. quae omnia late illustrat & praeteris Joann. Romaguera in d. L. sive a certis. 17. de duob. reis. max. ex n.° 8.

N.° 18. L. si a pluribus. 107. de leg. 1.

In hoc v.° art.° duo textus se offerunt valde difficiles. 1.us extat in l. si a pluribus. 107. de leg.

vero ex quo Accurs. videtur colligere nullam differentiam esse inter oblig. hæreditarias, et inter eas, quæ ingerunt contra hæredes ipsos ex voluntate testatoris: sed plane res aliter se habet, ut ex specie eius constabit, quæ talis est. Testator ab omnibus hæredibus legata reliquit, idem omnibus iniunxit onus legatorum, ut tenerentur pro portionibus hæreditariis. Modo pergit ad commodiorem solutionem legatorum, ut unus hæredum omnes quantitates legatas perciperet, ad potestatem suam redigeret, et de manu sua omnibus legatariis satisfaceret, ne legatarii indigerent vel hæredes convenire, quod est difficile, et plenum anxietate, et molestia L. cohæredi. §. 5. in eadem q. de transact. L. solent. 3. de alim. et cib. leg. non ut hæredes, hæreditariasque portiones legatis exoneraret, sed ad utilitatem et commoditatem exactionis legatariorum, ut recte sensit Raphael Cuman. In hac specie quæstionis IC. respondit, omnes hæredes teneri legatariis, quia omnes damnati fuerunt, licet unus, qui solueret pro omnibus electus fuisset a testatore, et tamen, quod commissarius iste percepérat de hæreditate omnes summas, de quibus soluenda erant legata, posse cæteros, si conveniantur, regredi contra eum, ut ipsos indemnes præstet, vel caveat de indemnitate. Ex quo apparet hunc textum contrarium non esse superiori doctrinæ, et eo quotidie utimur in praxi; uni enim per arbitros calculatores adducuntur bona cum onere legatorum ex cumulo communi, qui satisfacit legatariis: sed hæc applicatio non aufert legatariis ius conveniendi cæteros hæredes; istis vero contra illum competit regressus indemnitatis docent Bart. Cuman. Castr. et Cuiac. in l. 2. ad Treb. in principio tit. idem Cuiac. lib. 9 in l. frater. de condict. indeb. column. 6. et latissime disputans Honorat. Leotard. de usur. q. 97. ex n. 19.

Secundus extat in l. si fundum. 82. §. si libertus. 4. de leg. 2. Ex quo videtur probari, si onus legatorum uni hæredum iniunctum sit, cæteros quidem immunes manere, eum vero non teneri in solidum ad legata, sed tantum pro portione hæreditaria, et pro reliquis non subsistere legata: quod falsum est, quod dixi posse testatorem iniungere totum onus legatorum uni soli hæredi. Sed facile dissoluitur difficultas manifestata tui specie, et reddita eius rat. N. 29. L. si fundum. 82. §. si libertus. 4. de Leg. 2.

quae specialis est. Res sic habet. Libertus Patrony sui ex 7 unciis haeredem instituit, alios quos cohaeredes ei dedit, ex reliquis quinque unciis, quos detribuit, tertio usque .... haereditas ... de haer. inst. Deinde ita cavit: quisquis mihi alius ex supra scriptis, ex patrono meo haeres erit, servos illos et illos Titio lego, quos ad summo singulos ... aureis. Quaerit .... quis teneatur praestare legata servorum? Resp. Patrony non teneri, cohaeredes quos tantum teneri: hoc operatum verbum alius, quod significat diversitatem: quasi diceret: alius a Patrono teneatur, quia Patronus non teneatur. Quod est clarum in requiri examinationem, ... nos eaius significatio obtinet, ut ex nostro ipso textu docent multi relati a Barbosa de dict. usu frequent. dict. 26. n.º 17. post Accurs. verbo mihi alius, ... Aucuirantes. Deinde quaerit, an cohaeredes teneantur integra legata, solidos servos Titio praestare? Resp. tantum teneri praestare pro quincunce, idest pro portione haereditaria. Postrema quaestio .... huius Halrnius, Inquiramus modo, quare haeredes in ... non teneantur praestare solida legata, cum ipsis obligatio a testatore iniuncta sit? Necesse est, ut haec specialitas proveniat ex speciali voluntate testatoris quod omnes agnoscunt, sed mea indaganda non omnes conveniunt. Olim sequutus fuit Cuiac. ad eiusdem textum qui dixit provenire ex eo, quod legati fuerunt per vindicationem, ut obstat ex illis verbis, vindicare posse, et in adita haereditate tantum pro indiviso, et pro quinque unciis servi ad cohaeredes pertineant, tantum pro illa parte potuerunt sed ipsos a Legatario vindicari. Et textus in l. si non ... §. L. de leg. 2. et in l. Maximi 66. §. eum qui §. 2. leg. 2. ubi tunc servus ab uno haerede exigitur, accipiens ex textu Autore ... damnationis. Sed nunc in ... Lina legati vindicationis ... a die cessionis dominium facit legatarius rei legata L. a Titio. 64. de furt. ex ... quod quicunque dominij pro ... pertineret ad omnes haeredes in servis ... erant legatarii. Aliter accepit Accurs. et post eum Barth. Alciat. Cuman. Castr. et Jasso. in d. §. si libertus. et Anton. Gomez 2. tom. var. cap. 11. n.º 25. in fine distinguens inter rem, et quantitatem legatam, ut quantitas praestanda sit in solidum, sed res pro parte haereditaria, quasi non ... velle testatorem plus ab haerede relinquere, quam

in illa re postea habiturus est adita haereditate. Sed nec illa placent, quia si in pecunia grauatus in solidum, cur non potuit grauari in pecunia redimere, et solidum praestare. Quare nunc existimo petendum esse iudicium voluntatis ex illis verbis; quos aestimo singulos vicenis aureis; cum enim haec taxatio nullius momenti sit ad computationem Falcidiae, et ibidem dicit, aliquid mysterii continere debent, ne superflua sint omnia verba, si quando rogo de leg. 2. Illud vero mysterium solerter considerauit Julian. ut respectu legatarii loco pretii habuerit praedicta taxatio: ad quid autem mysterium praecipue demonstraret, neque de taxatione sollicitus esset, nisi ut manifestaret non habuisse animum legandi serbos seruos a cohaeredibus, sed tantum sui portionem ex quibus instituti erant; et per consequens legatarium redempturum esse propria pecunia septem partes a quarum praestatione immunis factus fuerat Damonius.

Ad oblig. legatarii ad obligationem pro dote dirimiendam est, ut quaeramus utrum diuidua sit? Ergo ut breui fiam, quod plenissime, latissime quidem Ald. noster prosequuntur ius nouum a ueteri distinguo, nam iure ueteri certissimum erat, si Pater, qui pro filia in potestate constituta dotem genero dabat, statim, instrumenti stipulabatur sibi dotem reddi, pro dote adquirere actionem ex stipulatu pro dote; et per consequens Patre mortuo actionem diuisam descendere ad omnes haeredes pro portionibus haereditariis l. unic. §. uideamus. §. et hac. C. de rei uxor. actione iuncta l. 2. §. ergo s. de minorib. l. quotiens. 29. solut. matr. Idem si stipulabatur ex interuallo consentiente filia d. l. quotiens. 29. Docent Donell. 14. com. c. 6. Cuiac. Vignan. et M. [illegible] meus Vin. Ramos in d. §. uideamus. et Barbos. in l. maxime. 13. n. 2. solut. matr. In quo non distabat a ceteris actionibus haereditariis: Si vero stipulatio a Patre interposita non erat, competebat naturaliter ad repetendam dotem actio de dote, quae dicebatur rei uxoriae. Haec dum filia perseuerabat in Patris potestate communis erat utrique, neuterque ex eis agere poterat sine alterius consensu l. 2. §. 1. cum seqq. solut. matr. l. qui hominem 84. §. si gener. de solut. filia quae in soli[dum] actio competebat, quando uel iuris exigebatur, uel morte Patris, uel eman-

N.° 20 De oblig.e dotis.

rogat. quae tunc alterius rei uxoriae non poterat esse haereditaria, quia desinebat esse Patris simul ac moriebatur, fiebatque filiae propria, et consequenter ad eos pertinebant in solidum, sive filia instituta esset, sive exhaeredata; quia non quaerebatur à Patre sed à lege. l. si vero sui. §. de viro. l. si marito. §. 1. ff. si voluntate. ff. solut. matrim. l. si pater. 14. cod. Falcid. ubi Cujac. & reliqui Pagin. & Govean. Ant. Fab. 13. conject. 5. Barbos. in l. si post dotem. 40. n. 30. solut. matrim. Ecce quomodo neque haereditaria, neque dividua fuit alterius rei uxoriae. Et haec de iure vetere. Iustinianus vero abolita alterius rei uxoriae, et translata omnino in alterius ex stipulatu. §. fuerat autem. inst. de action. sanctivit, ut consequens, ut hodie actio de dote semper propria sit filiae mortuo Patre, nec inter haeredes ceteros dividatur. d. §. videamus. & d. §. et haec. Quare non est dividua, quia non est haereditaria. Consentiunt licet veras rationes non possitent Ant. Gomez. et Laudat ab additionatore. d. tom. 2. cap. 11. n. 25. quos propterea videndi nuper citavi.

N. 21. Verumque alterius actio dotis non dividi inter haeredes Patris, si filia supersit: videamus modo utrum obligatio de restituenda dote dividatur inter haeredes mariti, qui dotem debebat. Qua in re controversiae plurimi ex Antiquis, quos sedulo adducunt noster D. Ferdinandus Arias de Mesa lib. 2. var. cap. 20. n. 16 & 17. Meus et cultu et amicitia Olea. tit. cess. iur. d. tit. 4. q. 6. n. 2. & 3. Ego in subscriptos eos, cui ipsi subscribunt, dividuam esse inter omnes haeredes, ut et ceterae obligationes haereditariae, non enim video rationem aut textum, qui in contrariam opinionem me possit inclinare, ut aliquid speciale in hac obligatione statuam, quod in ceteris obligationibus defuncti non statuere.

N. 22. L. cum ab uno. 53. de leg. 2. Unus tamen locus in l. cum ab uno. 53. de leg. 2. multos transversos egit, qui id circo seorsim, et paulo pressius explicandus est. Species est talis. Maritus multis haeredibus institutis ab uno solo legatum uxori suae reliquit pro dote; compensandi animo, ut JC. ait. Itaque expressit, quod alioquin ex natura rei veniebat, neque in hoc tamen tantum operebat mulieri actio rei uxoriae, ut obstat ex illis verbis, actio ei de dote dari debuit.

actio

alio enim de dote appellabatur, alio rei uxoriæ; cum autem hæc actio
competebat, et mulieri à marito aliquid legabatur, semper censebatur
relictum animo compensandi pro dote; ut alterutro mulier contenta esset, vel
dote repetendo propria actione, vel legatum petendo actione ex testamento. et hoc ap-
pellabatur edictum de alterutro, de quo in l. un. C. Theodosii de testamento et
unic. §. primum. 3. C. de rei uxor. act. quod non habuit locum in actione ex stip-
pulatu pro dote; quapropter non censebatur relictum legatum animo compensan-
di cum dote, nisi à testatore expresse diceretur, vel saltem colligi posset ex
sufficientibus coniecturis, ut constat ex d. §. compensandi. et innuitur in l. 2. C.
d. et dot. cum aliis, quas adducunt praedicti dictam observantes Cuiac. et
Siphan. ad eosdem §§. idem Cuiac. 3. obs. 16 et cum multis Val.a 3. illustr.
tract. 1. de leg. cap. 2. n.o 19. et 20. Arias de Mesa 2. var. 20. à princ.
in qua dictum abolevit Iust. ut remaneret natura actionis ex stipulatu; quare ni-
si expresse dictum sit ut compensetur legatum cum dote, utrumque uxor po-
test petere. Videndi A. Fab. lib. 1. coniect. cap. 3. Schifordeg. ad eundem §.
2. tract. 13. q. 4. Cotta. in cap. si pater. n. 5. verbo legavit. n.o 19. Me-
noch. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 20. n. 11. et 12.

Legavit quis maritus N. 23
uxori pro dote, ut alterutro contenta esset; et onus huius legati uni ex
hæredibus iniunxit, hoc modo: Mævi hæres damnas esto dare uxo-
ri meæ 100. quæ sua dote contenta sit: in hac specie si uxor præla-
ret legatum non est dubium, quin illud soli hæredi deberi conveniret; quia
testator uni soli hæredi potest iniungere onus omnium legatorum l. ex
omnibus. 104. de leg. 1. Uxor vero repudiavit legatum et dotem pe-
tere maluit actione propria rei uxoriæ. Nunc quæ quæsitum fuit à doctoribus u-
trum actio de dote danda sit ei in omnes hæredes pro portionibus hære-
ditariis; an vero in eum solum hæredem, cui iniunctum fuerat legatum? Mero
iure respondendum esset in omnes dandam esse actionem; quia provenit ex oblig-
gatione hæreditaria, quæ ipso iure divisa fuit inter hæredes per leg. 12.
tab. sed ex sententia Iuliani recte, primum et ante omnes conveniendum fore
hæredem, à quo legatum relictum fuit, usque ad quantitatem legati; ut solus

solvat illa 100; reliqui vero pro dote p[ro]standi ee à ceteris pro portionibus
haereditariis. Laes. p[ro]sunt d. s. quia uxor attento etenim ee debuit, aut
suo iure, idem aliud de dote; aut iudicio mariti, idem alit. extra at sic e,
quod si non p[er]feret illis solis haeredes deberet conuenire: q[uo]d si p[er]feret aliis
de dote, idem facere debet, quia hoc aequum est, cum sibi non noceat, et ceteris
coheredibus p[ro]sit. Itaque tota ratio decidendi conuenit ab aequitate, et
à natura actionis rei uxoriae, quae non tantum bonae fidei est, sed quae aequius,
et melius l. in rebus. 66. §. si uir. 6. solut. matr. l. si cum Cornelius. 82.
de solut. Notatur Vulgo in §. fuerat antes 29. inst. de action. Quam in
l. gen. solut. matr. [illegible] locum Terentii Clementis non posset intelligi nisi
de alt. rei uxoriae, et propter eius specialem aequitatem, l. ual. prout ele-
ganter docuit Dnus Lamos. ad d. l. unic. Et p[ro]pterea p[ro]venimus in hoc tracta-
tu de individuis cap. 3. ex n.º 2. quos nimis intellectus Auctores laudarunt
merito Dnus Aldrovar de dote decis. 127. ex eius post tractatus de
pignoribus Mercurialis Merlini; quamvis non bona fide sibi arroga-
verit. Arias de Mesa l. cap. 10. n. 15. et cum p[ro]prie omnium Dnus Lub.
in h. tract. n.º 67. Dnus Larriat. 4. sellect. 16. Dua d. q. 6. n. 10.

N.º 24. Poterit
tamen dubitari si ille haeres, qui grauatur, quod non sit soluendo an uxor pos-
set pro tota dote ceteros coheredes pro portionibus haereditariis conuenire? Et
omnino asseverandum est, quia esset summa iniquitas si uir posset ad obli-
gationem restituendae dotis reliquos haeredes immunes facere in praeiudicium
uxoris. Unde quia aequitas tantum mouit Iulianum, ut diceret primum
conueniendum eê haeredem grauatum; non uero dixit solum conueniendum eê. Ergo eo
excusso si soluendo non sit, reliqui haeredes conueniendi erunt singuli
portionibus haereditariis rationem totius dotis; non tamen singuli in solidum pro tota
dote, ut volebant Veteres apud Gomez in 2. cap. 11. n. 5. qui de dividuis et obligati-
onibus dixisse sufficiat.

CAPVT. 23.

De obligationibus omni respectu individuis.

N. 2.

PRimum nobilius exemplum obligationum individuarum est servitus: N. 1.
secundum quod omnes servitutes itineris, actus, viae, aquae ductus, et ceteras
individuas esse L. 2. §. et earum. C. 1. 72. ff. de verb. obligat. 31. part.
3. Cuiac. in deleuit praxim, aut effectus non aliter recensere valebimus
quam si eius rationem ad amussim examinaverimus. Et quidem ratio
altera communis est, quae ad plerasque referuntur: altera magis specialis, quae
referetur ad singulas. Communis est, quia omnis servitus praediatis est
qualitas, quae afficit, respicit praedium dominans L. quid aliud 86.
de V. S. ut ubertas, salubritas, et cetera: qualitas vero in eodem
subiecto non potest pro parte adesse, et pro parte abesse, velut bonitas, aut
malitia, salubritas, aut aegritudo: quod in praedio dominante non obstat N. 3.
esse, et non esse servitutes. Dicitur ergo servitus habitus praedii vel . qui fundum .
quemadmodum servit animi. ut qualitates, passiones in brutis, bene vel male
disponentes corpus pari; libertas enim bene disponit de praedio dominante, et
servitus male circa praedium serviens. Sed habitus et qualitates licet per tempus
minui, et augeri possint et alterari, in diis insunt, tamen corpus afficiunt, mentem, vel animum: quod idem de servitute dicendum est, sive sit habitus, sive qualitas, quae doctrina est Aristotelis, quem sequitur D. Thomas 1. 2. quaest. 49. et seqq. Collegium Salmanticense in primo 2. tract.
disp. 1. §. 1. et 2. Notandum autem est, has qualitates praediorum esse extrinsecas, sed non ideo minus diis insunt, tamen praedia afficiunt, quam ubertas,
et salubritas, quae sunt intrinsecae, ut licet sub aliis terminis notant
Alciat. Cabus. Cuiac. et Alberic. Gentil. in d. L. 6. Unde licet eodem
modo philosophari de hominibus, atque praediis: ut enim praedium non potest
esse pro parte liberum, et pro parte serviens; sic nec homo potest esse pro
servus, et pro parte liber L. si partem. 9. L. si dubium. Bo. de lib. causa, ita

post Goveany ratiocinatio Osuald. c. i. cp. 11. q. 9. litt. R.

N. 2. **H**aec prima, aut primaria ratio efficit, ut servitutes tanquam qualitates praediorum individuae sint; deinde usus in plerisque efficit, ut tales maneant; et quidem praesertim, et in primo, ut sic dicam: velut iter, actus, via: quae ex iure certos fines habent, et certam mensuram sine qua stare non possunt; iter habet tres pedes in porrectum, sex in anfractum; actus quatuor, et octo, et viam vero quinque pendentem; via octo, et sexdecim alterque edit. l. via 8. de servit. rust. Notant ad leges 12 tab. Ant. August. cp. 14. Revard. 3. cp. 14. Dionis. Gotofr. lib. 2. tit. 21. Alex. ab Alex. lib. 2. dier. gen. cp. 20. Donell. 11. cp. 13. in fin. Et quamvis via possit etiam angustior, vel latior 8 pedibus l. via 23. cod. tit. tamen dum non retinet legatum mensuram non erit via, sed aliud quid, ut eiusdem dicto. Idem de reliquis duabus dicendum est: ergo si dimidia via permittatur non erit talis servitus, sed alia valetras diversa, et consumpta permissio, inutiliter, ut praeclare docuit Ludovic. Rom.

S. vide. l. 13. § 2. ff. servit. rust.

N. 3. **E**adem autem ratio est de necessitate usus, quod non sit qualitas praedii, sed debitum pleno proprietatis et servitus personalis tamen individua est l. usus pars. 19. de usu et hab. licet enim non habeat certos fines, seu dimensionem alteram, habet illum ex natura rei: nemo quippe potest uti pomis, floribus, et vinis nisi in quantum propria necessitas exigit, quae sunt in individuo; quod si non utatur. Adeo ipsa necessitas postulat non hanc servitutem usus: deinde nec potest uti amplioribus fructibus, quam necessitas exposcit: si quae quaecumque defectum, vel ampliatum, haec servitus consumpta: quae doctrina hoc eleganti exemplo explicatur. Instrumentum fundi est illud, sine quo nec fundus potest coli, nec fructus possunt colligi. Varro. 4. de ling. latin. l. in instrumento 8. de instr. vel instr. leg. Instrumentum autem consistit in servis, animalibus, aratro, vobus, et plaustro et similibus; quae omnia corpora dividua sunt realiter, vel intellectualiter. Et tamen si fundus cum instrumento legatus sit, vel instrumentum per se, legatum instrumentum individuum est, Lquaesitum; 12. § si q. 14. de instr. vel instr. leg. ubi signanter Gotofred. quia instrumentum refertur ad necessitatem fundi, quae nec recipit plus, et nec minus;

minus, quod credat in individuo: quaeque ratio de individuate usus agentes red-
diderunt Rerg. de Bella-Pertic. quae immerito reiecit Ias. in d. l. 72 n°. 40.
Cavalcan. de individ. 3. p. n°. 47. & 48. Vasq. cap. ult°. Ruh. ea n°. 148.
Dni. Ramos. cap. 5. n°. 2. Chesius d. cap. 50. ex n°. 15. Ant. Fab. in l. 5. §.
si duobus vehiculis. commodat. Vuald. ad Donell. lib. 10. cap. 24. lit. A. Va-
chin. 10. Strouers. cap. 63. n°. 45.
Istae quattuor servitutes omni respectu indi- N°. 4
viduae sunt, tam ex parte servientis, quam ex parte dominantis: adeo quod ut
neque ipsae, neque earum commoditas dividi possit, obstant enim forma indivisibi-
lis, ut vidimus, quae non admittit dimidiam, tertiam partem, aut alia nomi-
na partitiva, ut dixerunt Bald. in l. quae haereditariis. opp. 2. C. de haer.
alt. Ias. in d. l. 72. n°. 15. in fin. Ergo ut recenseamus huiusmodi totalis indi-
viduitatis effectus, primus est: has servitutes quattuor non posse pro parte committi,
neque ab uno ex sociis omnis fundi l. 2. de servit. l. unus 34. ff. servit. ru-
stic. praed. l. si quis duas. 6. §. si quis partem. com. praed. l. si quis per fundum 10.
ff. eod. tit. nec posse pro parte legari, & per consequens ab initio legatum non posse pro parte
adimi l. pro parte. in fin. ff. de servit. l. ult. de servit. leg. l. legata. 14. §.
1. de adim. legat. l. et per ius iurandum 13. §. 1. ff. de acceptilat. ubi docemur
non posse pro parte acceptam ferre servitutem individuam: ad differentiam acceptilat. ususfructus,
qui dividuus est. Et hic est textus notabilis, ut per Cuiac., et alios simul
obtinere solidam servitutem viam. Unde consequens est, ut nec pro parte aliquis
possit. l. pro parte 11. ff. servit. l. fundi 81. ff. servit. rustic. praed. & ex eadem
ratione aut tota servitus pro non usu amittenda est, aut tota retinenda, ex quo
... sic haberi viam per duos fundos, per unum uti, totam servitutem
retinendo, quia in individuis non potest dari usus partialis, sed quilibet usus
totalis est, l. ut pomum. 8. §. 1. ff. servit. l. si quis aedes 30. §. 1. ff. servit.
urb. praed. l. una est via. 18. de servit. rustic. l. aquam 10. com. praed.
Secun- N°. 5
dus effectus est, ut aliter possint servitutes competentes dari in solidum sin-
gulis haeredibus unius singularis, vel cuilibet ex reis stipulandi;
& ut in solidum operant contra singulos ex pluribus haeredibus eiusdem promis-

sexis l. Loci. 4. §. si fundus. si seruit. uindic. l. si unus. 19. & seruit. rust. l. uia. 17. in fin. de seruit. l. ult. ff. seruit. leg. l. 80. §. 1. in prin. ad l. falcid. Ergo nullus heredy [illegible] seruitutis dando liberabitur, q. nulla pars rei est in indiuidui l. 2. §. et cum. et §. ex his. l. stip. 72. l. in pluribus. 180. §. ult. ff. ut. nisi dnō fāii seruienti q. prediis est uti seruitute, ad interesse agat; tunc enim [illegible] debet agere aduersus singulos heredes cū interesse diuiduū sit l. Loci. 4. §. si fundus. quemadmodū si int. multos dnos eiusd. seruitutis agatur, impensis falsi in refectione [illegible] alio int. singulos diuidetur q. ad pecuniā spectat, que diuidua est l. 19. §. si, communi diuid. Ob eamd. rat. n. uenient in diuisionem fam. erciscunde hereditatis, sed solida seruitus uni heredi adiudicatur, et estimat. falsa damnat. arbitrio soluere [illegible] preti ceteris coheredibus pro portione hereditariis. l. heredes 25. §. 9. fam. ercisc. addendus est Valasco in praxi partit. cap. 27.

N. 6 Superiori effectui [illegible] consentaneum est: nam si unus ex pluribus heredibus stipulatoris agat solus [illegible] promissorē, uel est ut utilitas [illegible], et noceat ceteris; quia in indiuiduis quilibet est legitimus actor, et defensor in solidum, ut latius dixi in Achademica ad l. saepe ff. de rei uindic. et nunc probatur [illegible] in l. Loci. 4. §. si fundus. 2. cum seq. si seruit. uindic. qui casus ualde notandus est: quia licet unus ex pluribus dnis eiusd. fundi n. possit seruitutem obtinere, potest tn. rem uindicari [illegible] quia uindicatio et [illegible] surgunt ab [illegible] suis [illegible] seruitutis falsa ab eo, qui habet solidum ius eius obtinendi. Ex quo fit, ut si seruitus imposita sit à liberto in fraud. Patroni, qd. tanti [illegible] stringat, [illegible] solida reuocetur à Patrono: q. in indiuiduis, q. in solidum n. substinetur, in solidum reuocatur. l. 2. §. qd. [illegible] si quid in fraud. patr. Ex quo etiā si seruus com. duorum dnorum stipuletur seruitutem, uel ei soli adquirit, qui fundi dominantis dnus est; uel si uterque sit dnus utrique adquirit in solidum, et n. p. [illegible] l. si com. 17. de stip. seru. q. [illegible] probat seruitutem nec diuidi, nec multiplicari int. multos socios, [illegible] tantum [illegible] eius ampliari: que est ratio quare decedente stipulatore multis heredibus

redibus relictu non corrumpatur ipso servitutis; et ut valeat legari duobus simul l. 2. ff. servit. leg. l. 2. §. in fi. ttt.o quia unius, et eiusdem rei pote- esse usus apud duos in solidum l. si ut certo §. §. si duobus. comodat. et usus- ... est, non multi, quamvis amplior sit, quam plures utuntur: viderunt Bart. et alii sequaces apud Iasonem in d. l. 72. n. 14. h. ttt.o et ind. l. 2. §. 1. tab. ind. §. si duobus.

Quantum effectus ad l. Falcidiae spectat, et ad casus vires. Si servitus legata est in illo ttt.o in quo legis Falcidiae locus est, servitus quidem ipso iure per l. Falcidiam minui non potest: verum si legatarius eam vindicet, repellitur per exceptionem doli, nisi offerat quartae partis aestimationem qua excluditur heredis servi- tis indemnitati l. si ...o 80 in princ. ad l. Falcid. l. qui ... §. ... de dolo mal. except. ... si filius praeferens querelam inofficiosi ttt.i alium heredem suc- cedit, et ab alio superatur sit ... pars. ... in fi. si pars. 10. de inoffic. ttt.o ... si ab herede superante ... retinet eam ttt.i servitus legata petatur, repellitur legatarius per exceptionem doli, nisi offerat dimidiam aestimationem servitutis. l. eius filius. 76. de leg. 2. quia cum ab initio obtineat ab utroque herede iniquum est, ut unus solus servitutis ... gravaretur, ... pretium a lega- tario. ... addi posset ... in l. ... 8. §. fin. ... eius l. seq. de inoff. ttt.o si ... abstineat, quod de ... servitutibus non agunt, et quia ... illos ... ex- plicuit in d. l. ... de reducuntur. In dicto ... scribitur ... et ... ta; aliud dicendum est, si fundus et ad eum servitus per alium fundum simul relinquantur legatario. In hoc casu perit legatum servitutis propter legatum fundi, adeo quod, ut si legatum fundi inutile sit, legatum servitutis con- tinguatur: quia servitus fundo debetur, et non habenti fundum inutiliter le- gatur; qualitas enim sine subiecto esse non potest l. 2. commun. praedior. ergo si fundus, et servitus simul legentur, et locus sit Falcidiae; quae fun- dum minuat, mero iure diminuto fundo totum legatum servitutis perit, quia per partem servitus obtineri aut dari non potest l. Paulus. 49. §. 1. ad l. Fal- cid. Sed ut minus detrimentum reportet legatarius, ita fit computatio, ut si- mul computentur fundus, et servitus. verbi gratia fundus computatur 100. servitus 50; et quia Falcidia ascendit ad 37 et dimidium, tantum duo et dimi-

dij separanto de fundo, et uia deseruit desaliari Seruituti, quae alioquin diminuto legato fundi seruitute erat l. si fundus 23. l. in lone. 35. cum seq. eod. tit. ubi Doneau quae est insignis differentiae ultimo casu, quoddam seruitutis ad fundum ipse meum mihi legato, aut quando simul fundus et seruitus relinquuntur; quae post Classicos recte obseruant, et expendunt Doneau in praelibat. locis. Cuiac. 7. resp. Pap. in d. l. 76. Vinell. 8. om. 27. et ibi Oualdi. et cit. [illegible]

N. 8.
l. 3. de seruit. leg.

Ex quo facile censeri potest de tex alioqui difficili, et inter Antecessores nostros vexatissimo in l. si fundum 3. de seruit. leg. ubi Marcellus unum tantum quod proposuit, et decidit. Ad cuius decisionem aliasque rationes inextricabilis species est. Testator fundum, et ad eum uiam per alium fundum Mario legauit; eundem fundum Titio legauit sine uia; utrumque si disiunctim uerbis, coniunctim re; ut hoc tex adulto primo, quoad expenso obiter dt. Praeceptor meus D. Ramos de iur. adcresc. leg. 1. n.° 82. Coniuncti rehabent ab initio solidum, et quia sic sunt inter ipsos d. § si eadem res. inst. de legat. Ulp. in fragm. tt. 24. § si duobus. 12. Fingamus autem utrumque ad legatum accurrere, et quod fundi ferre obstat interire legatum uiae, quia adhuc fundi acquiri non potest l. 9. § 12. de seruit. Sed fingamus Marium prius agnouisse legatum et liberante Titio, sed deinde Titium repudiasse legatum, et Marium retinuisse solidum fundum; numquid uires sortitur legatum seruitutis? Visum Marcello, et hoc magis uidebatur: quae Doct. affirmatiue accipiunt, professi, Accurs. et post eum clarius Bart. et Cuiac. ad h. l. Merill. 3. uar. 9. Henricus Suerin. respons. lib. 4. cap. 24. Mihi tamen diutius in hunc tex intuenti aliter sedet: nempe in adulta ratione tantum esse dubitantis, et ex fine tex pretendi esse decisionem. Opposite quaestionem quae negatiua est quoad. Quod ex textu sic lego. Est enim in utroque quamquam ex quo uidetur in utramque inclinare, quod non inclinet: ponit unum eidem quod legatario fundi sub conditione legasse, uiam pure; docet quod si cedat dies legati seruitutis, priusquam ueniat conditio fundi legati euanescere legatum seruitutis propterea principaliter quia enim fundum non habet, non potest habere adeo seruitutem l. 1. § 1. omnium praediorum. Et moriente alio non suspendunte. alius

alius viventis solueant, sic pend. l. ult. cod. tit. videndi Molina et
addentes de primogen. lib. 1. c. 20. n. 22. 2us casus est pendenti ipsius,
qdo uni eidemq pars fundi, et via ad eum pura legate fuerunt,
pars vero sub condit. si prius cedat parti, et viq legatis, que ve-
niat condito, evanescit servitus, quia ad pn adquiri non potest. Quis
casus est, qdo duo vicini eius fundi tredant, et utriq servitute ad eius tit.
legavit, sed alteri pure, alteri sub condit. si pendente condit. decesserit
testor. et cedente legato puro, nondu venerit condito alterius legati servitu-
tis, evanescit servitus, quia uni ex sociis legari non potest, ut supra dixi.
Videamq nunc rationem, quam habet D.S. in ultimis verbis quia alterius
legatarii pars impedimento esset, quo minus solidus fundus cum via vin-
dicetur.

Que verba Accursius refert ad ultimum casum, in quo nondu fundus, | N. 9.
sed sola servitus legata fuit: sed cum ratio de vindicando simul fundo
cum servitute agat, invertit sensum litere, et ita accipit, ut via vin-
dicetur solido fundo, que explicatio recte non indiget. Cujac. 28. obs.
12. refert solidum rationem ad primum casum, qdo uterque legatarius agnovit le-
gatum, et pn fecit, sed hoc contra mentem, verba et D.S. qui tunc de-
cisum magis proprie et expressius rationem reddidit ibi, quia neque adquiri
potest servitus potest. Ad quid igitur inculcare aliam rationem habebat difficile nec
valde proprie: quia legatarii concurrentis pars non potest impedire vindicationem to-
tius fundi cum via, sed pn facere. Ergo postrema verba nulli casui qua-
drant, nisi 3o. cui adornando optimi sustinerentur. Sed tunc decisio di-
fficillima videtur, quia in reali condit. solidum singuli legatariis
ab initio debetur, et solidum unusquisque potest vindicare. et nulla pars
aliena est in fundo duobus legato sub condit. reali, ad hoc ut eva-
nescat servitus. Sed acumen Marcelli inde provenit, qd deliber-
ante legatario, alter legatarius fundum vindicans domini partis irrevo-
cabile adquirit, partis vero alterius domini revocabile l. si duo 17.
S. in l. duo 84. ad l. Falcid. l. si miles. ff. de test. milit. Et
quoniam irrevocabiliter totum fundum cum via vindicaret, qui agnovit le-

quasi altero deliberante, et alterius legatarii quod impediendum erat, et
aut d.s. et qui eo postea reddendo accedente possessione dictus bonus fundi ac-
quireret sicut ex fidelibus iuribus constat, et ex Senatus consulto quod sequuntur
Dominatae Decisiones Rotae apud. p. 21. n. 35. Tourn. lib. sing. animad. 6.
Fab. decad. 49. err. 9. Vugtor (?) mun. d. n. 82.) tamen servitus cuius di-

non cessit muniti; q. dominius revocabilis, sufficit ad ... sit ... sufficit ad eo ... tot. ... l. 105 ... et ... serv. ... 11. quaestionem

missio erat spira [illegible] tanquam revocabilis adquisita semel evanuit, et am-
plius renasci non potest, quia alias morientes resurgerent [illegible] et resurgunt, p. d.
tertio; frustra, aut omnino non valent. Ita undecim abhinc annis expo-
sui ex suggestu, et [illegible] publica disputatione hunc tractans.

l. 20. servit. arbitr. 5. 2.

Opportu-

l. ult. commun. prae-
diorum.

ne in fontanas ex glossa, quod est summa in lege in l. ult. commun. prae-
diorum: de quo ex professo agit Ant. Fab. 29. Cod. 16. Primo ponit regulam,
quae recepta fuit per disputationes, fore scilicet neminem posse substitutas; nemo ut
quamvis uni ex dominis fundi communi servitus remitti non possit, tamen si unicus
promissa sit, posse diversis temporibus obtineri; imo licet diversis temporibus
permittatur, sic in [illegible] singulis permittatur, substantia permissio. Aliis dicendum
est si duo domini indiviso eiusdem fundi servientis diversis temporibus rex-
taturi permittant, vel obtineant, hoc regula ex traditione in l. gen. fundi 12. de
servit. [illegible] in qua docemur substitutione confirmari cessionem primi,
per cessionem novissimi; non est ius mutila [illegible] ius, quod alioquin possidat,
ut omnes uno actu, sive uno quoque tempore cederent; sic est d. ius quod demanavit ex
substitutione ... ita ut [illegible] ius scientia haec seorsum fuit, ut omnes domini
fundi servientis [illegible] cederent, et effectus recessit in tempus cessionis.
Quomodo est augendum, et ampliandum est hoc in l. si quis C. §. ... si duo.
commun. praed. sicut hoc mutata ius exponit Oswald. 12. com. 9. lit. D. quo e-
tiam emendato Fabri [illegible] quatenus ita recepta fuit, ut cessio novissimi
retrahenda ad se usque primi; non ut cessio novissimi retrotraheretur
ad cessionem primi, ut ex iudicio observant Fab. dict. cap. 16. Addunt. et apud
Oswald. ubi pa. Ex quo efficitur ut si primus vivat, et in eodem statu
perseveret, quo tempore novissimus cedere potest, non possit primus mutare
voluntatem, nec venire contra alterius cessionem, quae ex eiusdem benignitate recepta

fuit

fuit, et quia nemini licet contrahentium propriis venire, nec quod semel placuit amplius displicere non potest, ut est vulg. reg. quam exornat textus in l. sed et mortis 13. 15. de adopt. l. venditor 23. commun. prædior. l. cum a Matre 4. C. de reivindic. secundum eius intellectum, ut explicant Accurs. et Ant. Fab. Donell. d. cap. 9 ubi Duald. litt. K. alios quoque adducens Ant. Larrea secund. decis. 2 n.° 8. facit etiam textus in l. 20. 4.° ibi. part. 3. est tamen contra, si antequam nouissimus cedat primus decesserit, euanescit contractus aut primus seruitutis: quia deficiente cedente non potest cessio esse in suspenso. Fab. d. cap. 16 Cuiac. tract. 6 ad African. in l. fundus 32. de seruit. rust. præd. Gomez tom. 2 uar. 3. n.° 12 et cap. 16 n.° 16. Duald. d. cap. 8 litt. H. qui recte notant idem dicendum esse, si non decesserit, sed fundum alienauerit; quia non remanet res in eodem statu, cum alius sit nouus dominus, qui non cessit, et per consequens, qui contradicere potuit, cum non ueniat contra proprium factum. Idem vice versa dicendum est, si non agamus de pluribus sociis cedentibus, sed de pluribus sociis dominis eiusdem prædii dominantis, quibus cessio fit; nouissima enim cessio confirmat priores, et res in eodem statu debet permanere d. l. ult. uers. idem iuris.

Sequitur vers. et ex diuerso N. 11

ubi dictus Iurisconsultus quærit, quid dicendum sit, si ex iis, qui iam cessit, aliquis eorum obierit, nempe ut decesserit, uel agrum alienauerit? dicit dictus Iurisconsultus nouum socium heredem uel emptorem priorum mutare eam primam cessionem; adeo quidem ut omnes cedere denuo debeant; alioquin seruitus non constituitur. ita Fab. d. cap. 16. et in rationem quam reperire potui, satis clara est, quia primus cessit contemplatione socii consentientis, et forsan non cederet si alius socius heres, cum quo computaturus est damnum cessionis agitur: iustum est, ut adhuc eam non extendat superior æquitas, per quam cessio primi in suspenso retinetur.

Cum in hoc postremo N. 12

casu Paulus præcludat per mortem nouissimi, qui iam cessit, euanescere cessionem primi. Prosequitur in uers. idemque dicendum esse, si alter ex sociis cedat inter viuos, alter in testamento legat seruitutem. ita tamen quod prius donauerat Accurs. Nam, licet ea, si statim et quamquam licet legatus seruitutis statim cadat à morte testatoris tamen hæc legati cessio excurrit in

tempus inhabile, nempe in tempus hæreditatis, quo illa obstrictus est, de quo socius non cogitabat animus cedens, ideo omnia in integra, ut ex benignitate prima cessio in suspenso maneat. Idemque invenitur si omnes, quæ est quod dicendum sit, si omnes socii eiusdem prædii serviendis singuli de per se in testamento legaverint servitutem. Hoc in casu non valet obstrictio servitutis quæ sit per partes, neque admittitur fictio suspensionis, rationem habet ibi quod aliæ mo- rientes non possunt suspendi, vel statim valent, aut omnino non valent l. 3. de reg. Caton. et ibi ... tradunt. deficiente scilicet uno casu valebit legatum servitutis a pluribus sociis relictæ, videlicet si omnes simul adeant hæreditatem; tunc enim occurrit eodem tempore ... ex omnibus testamentis nec ulla suspensione videtur, ut in casu simili, quæ extat in l. duo socii. l. de hær. instit. Ex hoc textu Cuiac. in l. 3. de servit. leg. et lib. obs. 23. collimavit legatum servitutis cedere ab adita hæreditate, et ex l. 1. § ... 19. § 1. quemadmodum servit. amit. in quo cum sequentibus Mexil. et variantes ex Cuiac. co. 9. emendata ... Accurs. ... et Fabr. in d. l. ult. Menoch. Lucin. d. cq. 24. et alii, qui accedo, quia veniunt neque solum servitutes personales, quæ non transmittuntur ad hæredes cedunt ab aditione hæreditatis, l. unic. § liberationem. C. de cadu. tollend. l. 2. quando dies ususfr. legati. cedit l. hæredes. 7. § ult. eo titulo, quando dies leg. Sed servitutes reales transmittuntur: ... cedere debent a morte testatoris ut inde in d. l. 3. Et sic hic distinguenda est duplex cessio; altera quoad transmissionem, quæ est initiativa; altera, quoad debitionem servitutem, quæ est effectiva d. l. ult. de servit. leg. sufficit autem ad hoc ut recte obstituatur servitus ex duobus sociorum testamentis; quod utriusque socii simul adeant hæreditates, quia quod simul ab utriusque hæredibus imponi debeat; quia magis hæc cessio spectanda, quæ prima ista eleganter Cuiac. ... Vaoxy amicissimus et doctissimus olim Commagister meus D. D. Laurent. Santos. in academiis ad titulum de servit. sect. 2. Quæ de his tribus dixisse sufficiat.

Sed ut absolvamus, ... ea eadem ratione individuitatis, ut si simul servitus recte obstituatur, non posset per partem amitti, admittitur l. ut pomum 8. § 1. de servit. l. una alt. D. de servit. rust. pr.

Ideo in d. l. 19. § 1. supponit se adit. fuisse hæredem; ideo ex aditione hæreditatis debet computari tempus ad præscribendam libertatem fundi: quia ex eo tempore potest observari a legatario negligens.

N. 13.

Inde

Vide si dni p̄dii dominantis maius sit q̄ p̄dii servientis, quia remanet alterum servatum tota servitus l. si q. 30. §. 1. de servit. urban. et
q.d magis e si p̄dia servientia int se mutuo communicentur int socios p̄ partibus, quae alterum remanent p̄ individuo servitus retinetur l. si unus 34. de
servit. rust. Aliud tamen dicendum est, si cum fundus serviens cum fundo serviret, et in com. ab utroque socio fundus redemptus est, quo casu servitus confunditur
l. si com. 27. eod. tit. q.a cum uterque fundus serviens et dominans communicatur, uterque dni p̄ retinet, et p̄ n retinet, quare retinetur servitus p̄ alterum: sed cum servient duobus a duobus emitur, par e utrumque cadit in fundo
ex quo nascitur, eximo vid. de aedibus dicendum est l. si q. 6. §. 1. commun. p̄dii
rusthi l. tua 31. cum 2. seqq. de servit. rust. Sed haec vera n potius quam servitus ipsa constituta e, caeterum q.do tantum debita e, si pars p̄dii servientis vel
dominantis alienetur corrumpitur stipulatio l. Excitamo 98. in prime l. si sub.
una 136. §. 1. l. pluribus 140. §. et si 2. tit. quia ipsa constituta radicatur in
toto fundo, et in qualibet p̄. integre tanquam anima in corpore: ante constitut. vero debetur universo fundo, n partibus, quare alienatio p̄ corrumpit obligat. Docent Classici apd. Jason. in l. stip. 72 n. 14.
ff. tit. Duh. de individ. cap. 11. Vall. cap. 7. Chesius d. cap. 50 ex n. 26
et alii supra laudati.

Ex quo cum appareat rao potius quam ad certam p̄ fundi servitus constitui potest. l. ad certam 6. de servit. n quia certa pars p̄ diviso intelligenda sit, ut multi voluerunt apd. Duh. in d. cap. 11. ex n. 164. -N. 14.
q.a haec n e pars, s totum l. si q. 6. §. 1. commun. p̄d. s.d quia constituere partem servitutis ad p̄, nil aliud e, quam designare p̄ quam, et n aliam servire eundam sit, ut post Equinar. Baron. exposuit late Duh. ex n. 171. q.d
magis pertinet ad modum usus, quam ad cam servitutis, cum aqua individua sit, sive hac, sive illac eatur; quemadmodum potest p̄ tempus usus dividi, ut alternis
horis, vel diebus eatur l. via. 8. §. 1. eod. tit. Donell. 11. com. 20. ut potest usus restringi, et modificari, ut eat interdiu, n nocte l. iter 14. com. p̄d. Cuiac.
7. q.d Pap. in l. ex omnib. 4. de servit. Fab. in l. 5. §. si duobus. commodat. Dual.
8. cap. 10. litt. C. Gomez 2. tom. var. cap. 20. n. 25.

N. 25 Hactenus satis superque egimus de servitutibus individ-
uitate dividui; restat ut discutiamus de aliis, quae in se individuae sunt l. stipulationes
72. ... ibi ceterarum; sed in commoditate, quae ex illis proveniunt, sunt dividuae. In
primis aquaeductus servitutem esse individuam non possumus negare ... expresse
asserente in d. l. 72: per eam tamen multos effectus cernimus dividuitatis in hac ser-
vitute: si enim de ea inter plures compossessores controvertatur, redditur iudi-
cium communi dividundo; et inter plures heredes redditur iudicium fam. erciscund. l.
si arbor 19. ... com. divid. l. Lucio 4. de aqua quotid. et aestiv. et pro suis propor-
tionibus servitutem non redderent l. heredes 25. § ... fam. ercisc. item
si fundus, cui debetur aqua, pro parte alienatus sit; aqua ipsa dividitur, et pars
sequitur partem alienatam; pars retinetur cum parte retenta l. si ... 25. de servit. rustic.
nec aqua augetur sine nova concessione aut ..., cui postea fundus augeatur
l. 2 modus 22. C. de servit. et aqua. adeo ut ad partem fundi concedi, ut reliquo
fundo non debeatur l. ex meo ... quod de ceteris servitutibus dici
non posset l. ... de servit. Denique aqua mensuris dividitur, ut ceterae res
dividuae l. ... 5. de aqua quotid. et aestiv. Unde si impensa a communi
in reficiendo rivo non agetur actione communi dividundo, aut fam. erciscun. pro recupe-
randa parte expensarum, quae solent reddi pro rebus individuis l. heredes 25. § in
illa 13. fam. ercisc. sed actione negotiorum gestorum l. liberum ... ult. de neg. gest.
quia pro qua parte alterius servitus est, in eam alienam impendit, cum haec servitus
dividua sit; ita hanc tenuit ... communis Cuiac. ... 2 resp. Pap. ...
cent. 2 q. 63. ... quae dividuam esse servitutem aquae ... mihi pro-
bant; omitto alia, quae magis pertinent ad modum, quam ad eius substantiam; nem-
pe ut alternis horis, diebus, vel temporibus certis possit ... utenti-
bus l. si ... 7. l. si com. 20. § 1. quemadm. servit. amitt. l. ... 17. de
aqua pluv. arc. l. 5. illud 25. l. 2. l. Lucio 4. de aqua quotid. quae illas al-
ternatim non reddunt dimidiatam ipsam servitutem, sed modificationes, quae requirunt
ceterum omnino individuam d. l. Lucio.

N. 26 Noluit hanc dividuitatem agnoscere Barth.
in d. l. 72. in 2. opp. neque ... eum sequutus n. 13. quin potius dixit,
esse servitutem quoad ius esse individuam, quoad commoditatem dividuam; quam

doctri

Qua doctr. tenent Cubac. 8. q. Pag. in l. Oris fere § si ædes 4. si servit. vindic. Crentler . . . sehelt. dug. 27. thes. 4. sed ego n. video quatenus servitus separari possit ex supradictis; quare potius sequor doctr. Caualcan. de indiuiduis. 3. q. ex n. 360 Rich. dec. 22. n. 250. ut dividuitas metienda sit ex commodo, quod prouenit à servitutibus; namq. si certa fini-tione n. habeant vel à lege, vel à necessitate, ut quamplures supradictis; & uer-sus utilitas, quæ ex eis provenit, diuidua sit, veluti aqua, quæ dividi potest per mensuram, dicendum est dividuam esse; quod accidit inter condiuidentes ipsos si velint eam diuidere; cæterum extra fluxum promissorum, vel vsum hæredum eius-dem promissoris, aliter se habet; nemo enim liberatur, nisi tota aqua præstita, ende l. hæc. 72. h. ttt. quæ sic accipio ut sonat; quia vero est tota servitus n. da-ri quod pars datur; in quo sensu individua est.

male applicatur, iuris tamen et naturae rationi consentaneus non est: id circo oportet
iuris DD. que verba ita prudenter exaudire, ut ex ipsa iuris et naturae
rationibus comprimantur. Quod autem huiusmodi dicendi modus ex ratione iuris nequaquam spe-
ctatur, ita efficaciter probamus, quae probatio summopere notanda est.

Nimirum N. 37

quod filius huius beneficio utatur, atque de bonis castrensibus disponendo easdem
bona in formam hereditatis civilis quiritariae exigat, non impedit in patre castren-
sium bonorum substantiam, siquidem neque personarum identitatem dissolvit, neque proprium pa-
tris dominium interrumpit, quod filius eundem patrem instituit heredem, neque substantiam
beneficium, nec novae hereditatis quiritariae creatio impedit quominus pater
a filio milite institutus ei suus, et necessarius heres existat. Cum est evidens:
quia ius sui heredis nihil aliud est, quam antecedentis substantiae dominium ab iden-
titate personarum radicatum l. in suis. 11. ff. de lib. et post. §. 119. ff. 6. vi ... dominis ...
... in quo est illa difficultas evidenter probatur, nisi ipsa in lucem vellemus
conferre. Nimirum ex patre filium. tamen ... intestatus moriens illa eadem bona
pagana, quae se adhuc vivente, hereditatis civilis quiritariae intellectum non ha-
buerunt l. 2. de her. vel act. vend. ... 27. §. a patre ad Trebell. ad

intellectu ciuilis haereditatis quiritariae eleuat, transformat que, ac aliquam formam ciuilis bonis suis influit, quam ea viuente non habebant; et in hac noua formae translatione personarum identitatem non dissoluit, neque dominii continuationem interrumpit, neque iura suitatis in filio abscindit, imo confirmat et corroborat. Ergo quod filius miles castrensis beneficio utendo, suum peculium in formam haereditatis redigat, neque identitatem personae, neque dominii continuationem dissoluit quam eumdem patri suo instituit haeredem.

N. 38. Antecedens est certum, considerando: ideo enim noua bonorum paternorum transformatio, quae post mortem patris fam. testati, uel intestati resultat dominii continuationem non disrumpit, neque dominii continuationem, neque identitatem personarum dissoluit, quia haec noua bonorum transformatio nil aliud importat praeter nouam ciuilis patris repraesentationem, cuius ratione filius eorundem bonorum dominus, et possessor, non ad uires dumtaxat, quantitatemue bonorum obligatur: quinimo omni aeri alieno paterno, omnibus que obligationibus tam actiuis, quam passiuis obstringitur l. nihil 24 de V.S. Haec enim est differentia (a nobis iam olim excogitata in nostro tract. de adq. haered.) inter dominium bonorum, ut bonorum; et inter repraesentationem ciuilem ex dominio bonorum resultantem, quod dominium bonorum ut bonorum ultra uires, quantitatemque bonorum possessorem non obligat. Etc. ex primus in hac causae specie, quam tractamus in l. pater 17. de castr. pecul. Curae. 2. de int. Rag. dist. Obseru. 2. cap. 2. litt. R.

N. 39. At uero repraesentatio ciuilis quiritaria, quae ex bonis (tanquam eorum substratu) subrigitur, intra solos aestimationem bonorum limites non coarctatur; quinimo ultra uires bonorum, et patrimonii ad omne aes alienum eius personae porrigitur, cuius est repraesentatio l. nihil 24. de V.S. l. haereditas 62. de R.I. Ergo si intellectu noua forma post mortem patris resultante identitas personarum non dissoluitur, neque dominii continuatio disrumpit, ex quibus ius suitatis pullulat, a fortiori noua imaginis, et repraesentationis creatio, quae ex beneficio castrensi resultat, quando filius de castrensibus bonis testatus, patrem que instituit, identitatem personarum non dissoluit, neque dominii continuationem impediet: qua continuatione semel posita ius sui, et naturalis haeredis in patre instituto resultabit. = Illud plane fateri necesse est, quod quando filius de castrensi peculio testatur instituens patrem, uel extraneum, nomen peculii perit, atque ad absolutum bonorum nomen transferri, si quidem ea nut

n ut filiusfam. mortuo; cuius proprium est haere peculium. l. 1. Cod. tit. de
peculio. l. pater. 122. de V.S. Sed potius ut paterfam. Iuris beneficio l.
ult. ad Sen. l. 2. de castr. pecul. l. ult. C. eod. tit.

Quo circa his solutionibus N.° 40
omnino, in quibus magnifica potius verba, quam rationum vera pondera. Miscentur
nos rationem decretoriam dicimus, patremfam. a filio milite in castrensibus bonis institu-
tum, nec suum nec necessarium haeredem ei existere, sed potius omnino voluntarium, in quo
vera delationis, et nova adquisitionis ratio intercedit. l. 2. §. si ergo bona. 18. de
collat. Ratio decretoria a nullo DD. hucusque satis intellecta est. Nimirum quod
filius ex beneficio Iuris de castrensibus bonis disponit, et patrem instituit, tales
ex ipsis bonis imago cuiusdam resultat, et ipsamet imago, tamquam persona re-
divina filii incipiat ultra vires, quantitatis bonorum omni aere alieno, et
passivis actionibus defuncti filii militis obligari, quas in patrem haeredem, vel
alium quemcumque adeuntem transfundat l. haeres. 57. de adq. haer. l. pater. 17. de cas-
trens. pecul. quippe hoc est discrimen inter peculium cum solo intellectu peculii, et inter
ipsum peculium ad intellectum haereditatis, et imaginis transformatum. Quod peculium
ut peculium aeris alieni onera ultra vires peculii non importat, d. l. pater. 17. de
castr. pecul. argumento textus in l. mulier. 71. de 1. dot. l. bonorum 47. de V.S. At vero
peculium cum intellectu haereditatis, tam latenti, quam manifesto aeri alieno, et
actionibus passivis, omnibus quae haereditariis molestiis ultra vires bonorum
obstringit d. l. pater. 17. de castr. pec. l. si 17. §. 1. vers. quod si. de militar. test. d. l.
haeres. 57. de adq. haer. Certo huius imminentis periculi ratio, quod vel
manifestum, vel latens est l. 4. ad Trebell. cum vulgat. efficitur prudenter est
vel cavendi; vel potius ab ipsis principalibus obligationibus, ut ipsis
ac filius miles eius test. mortuo incipiat dominium bonorum castrensium a patre
discedere, ne forte quod filii deterior fiat patris conditio. Si quidem principaliter
Iuris beneficium ad favorem filiorum militum introductum in odium patris vertendum non
debet; retorquendum autem in odium patris si bonorum castrensium perseverante
dominio patre omni aeri alieno, atque omnibus passivis obligationibus filii
obstrictus reperiretur: quod quidem ex dominio bonorum ratio repraesentationis in fu-
gerendo ad universa commoda, et incommoda subeunda d. l. si certum. 17 §. 2.

de test. milit. d. l. 17. de castr. pecul. l. 2. cum 2. seqq. de bon. poss. Cum autem explorati iuris sit aditionem patris per filium delatorum fieri non posse, melius autem posse idest lex ciuilis, uel potius iuris prudentes dicunt filio milite cum testamento mortuo dominium bonorum castrensium, in quibus pater institutus est interrumpi, ut iustum deliberandi tempus patri instituto relinquat, an ei expediat adire, uel repudiare. ponimus signanter patrem institutum esse (hoc enim praesenti quaestioni momentum, et pondus est.) quod si extraneum institutum ponamus, alia non minus urgentior interrumpendi dominii ratio interuenit, de qua eleganter Crispin. disputat in l. de haereditate. 19. §. pater 2 de castr. pecul.

N. 41. Iam uero si propter enarratas rationes dominium bonorum castrensium eo casu in patre interrumpitur, quo filius miles scripto patre haerede mortuo, necesse est ut fateamur patrem, nec filium suum, nec naturalem haeredem filio existere, non quidem necessitate cum suitate iuncta. Utrumque illa ab anticipato et continuato dominio procedit; quae dominatio in praesenti cessat; nec rursus necessitate, quae a reuerenda patris oriatur, non enim pater filio debet reuerentiam, cum autem ex contrario haec omnia diuersa appareant eo casu, quo filius ex testamento, uel ab intestato haeres patri militi, aut pagano existat, consequens erit dicere filium omni euentu et suum et naturalem haeredem patri existere.

N. 42. Sed aduersus hanc doctrinam, qua docemus ex eo patremfam. a filiofam. milite in castrensibus bonis institutum neque suum, nec naturalem haeredem ei existere, quia mortuo filio milite testamento ciuilis representatio quiritaria filii subortitur, quae se ipsam, atque haeredem quandocumque adeuntem omni domini aliena defuncti filii ultra uires peculii obstringit; replicabitur grauiter sub hac forma; filiofam. testatore et patre instituto nulla stat haereditas, representatione quiritaria subortitur, quae filium defunctum representet, eius uel obligationes actiuas et passiuas subeat: quippe toto illo temporis intercursu, quod a morte filii usque ad haereditatis aditionem excurrit, adhuc perseuerat intellectus peculii, ut peculii, siquidem nulla interim subortitur representatio ciuilis, quinimo ipse actus formalis aditionis facit haereditatem et representationem; textus est expressus in l. si seruus. 18. de stip. seruor. l. filius. 18. §. ult. in fin. ad l. falcid. In quo articulo insigniter differt successio filii fam. militis

testarii

-tris, à successore cuiuscumque patrisfam. pagani uel militis, quando morte patrisfam.
cuiuscumque statim confestim ab ipsa morte emergit hæreditas, repræsentatioque
ciuilis, quam hæres quandocumque agnoscens induit; interim tamen sola ipsa repræ-
sentatio uiget l. in eo. 85. §. ult. cum l. seq. l. hæreditas. 62. de adq. her. ind.
l. si minus. 82. §. ult. de her. inst. At uero mortuo filio fam. milite hæredi-
tate extraneo uel instituto non statim persona rediuiua subintrat, quinimo propterea
alius efficacis aditionis repræsentatio ciuilis exercetur d. l. si seruus. 18. d. l. si filius. versic.
secus. ad l. Falcid. Vbi Alexander Calterens. Cuiac. 17. q. Pap. in d. l. si seruus.
18. et in l. pater. 14. de castr. pecul. Vno. in pragm. tit. 11. prime. q. illat. 5. Vald.
ad nug. subr. c. 4. n.o 8. Interim autem ipsi hæreditas, repræsentatio ue non exis-
tat, necesse est peculii, ut peculii intellectum uigere, quia inter peculium filii fam. mi-
litis, et eiusdem filii hæreditatem nullum uidetur medium intercedere aug. tex. in l. 2.
l. proponebatur. 9. de castr. pecul. l. quod res. 98. §. 1. de solut.

Iam uero si ex
uno capite admittamus non statim à morte filii testatoris repræsentationem ciuilem subintrari d. l. 18. N. 43
de inof. test. atque ex alio capite admittamus interea durare intellectum peculii, ut
peculii; ac denique admittamus tunc tandem repræsentationem ciuilem subintrari, quando
per ipsius alius efficacis aditionem hæreditas patri adquiritur d. l. 18. de inof. test. d. l.
filius. 25. vers. secus, ad l. Falcid. nullo est profecto subterfugiendi ratio: quinimo
fateri necesse est, patrem fam. à filio milite in castrensibus bonis institutum, et
suum, et necessarium hæredem filio existere: si enim mortuo statim filio manet intel-
lectus peculii, ut peculii; et tunc demum hæreditas emergit, quando patris efficacis a-
ditione adquiritur, nullum uere interruptionis dominii intermedium tempus est, proindeque
antea patrem suum quando dominium interueniret, quod fuit ipsissimum suitatis, siue iuris suo-
rum hæredum, quam ratio acerrimo iudicio perpendit Bald. in d. l. in suis. in 3. n.
tit. Costa. in l. qui duos. 9. §. in bello. vbi Panis. de reb. dub.

Qua difficultate N.o 44
oppressi Cuman. et Alex. in l. seruus filii 44. de leg. 2. Accurs. ubi proxima
Cuiac. sibi inseguens in l. 1. §. si in q. 18. de collat. Vno. in pag. tit. 11. prim. q. ill. 5.
dicent patrem à filio milite institutum ideo suum, et necessarium hæredem filio non existere, quia
in hac specie nulla est filii militis hæreditas, neque ante aditionem, neque postea: imo

nulla adit^e spec. est Patri, q^d peculij filii in hac specie Patri inhaerit, nunquam peculii naturam amisit arg.^o tex. in d. l. 18. usu^o quamuis ad l. Valid. Caeterum d. D. à s.^{to} sensu infeiunt, tunc tantum mod. ipse peculij filii militis ad naturam haereditatis transire, q^d filius extraneus haeredem inhaerit, hic q^d explanata adiit; si si n^o extraneus, s^d potius pater suo filius inhaerat, peculij nunquam omitti intellecty peculii, proinde quae ad naturam haereditatis nunq^m migrauit, neq^e hoc quid q^d pater se immisset, et peculio tanq^m esse uti, quia potius peculio ut peculio, q^m peculio ut haereditate uti videatur. Cui uer. sequens est patrem a filio inhaer, et peculio uti eiusque haerede filio esse n^o posse, quum enim est haerede esse, quiq. suus esse, q. fruitur. Solus haerede qualitas est l. in suis. ss. de lib. et p. ..... 20. ... uideamus infra de s. ....

N.º 45. Verum haec solutio intollerabilis est. s^a expresse decisa tex. in l. ult. et in l. pater 17. in fin.^m de castr. pecul. quo loci Pater haeres inhaerens dictus est, et bona peculiaria nouiter per adit^m adquisita, ut patet ibi castren.^o filii pertinent uel peciit; et ibi deinde postea adquisita e. Deinde ratio ucn .... euidentem se.ludit, q^d si pater a filio milite in castrensibus bonis inhaerens eam illa n^o ut haereditatem caperet, s^d potius iit peculij ...natura peculii, Pater a filio milite inhaerens nunquam teneret ultra uires peculii ut haeres, s^d potius intra uires peculii, ut Pater. Aluisset nunquam teneretur act^e perpetua, ut haeres, s^d solum act^e temporaria de peculio, ut Pater. l. pater 17. de pecul. l. a. q^{do} act. de pecul. Hoc aut. falso falsum est: q^a Pater a filio milite inhaerens immisium se n^o ut Pater act^e temporali de peculio, s^d act^e perpetua ut haeres in solidum tenetur d. l. 17. de castr. pecul. l. 17. ss. 1. de tes.^o milit. Quod adeo uerum est, ut si Pater in fraudem separationis testam.^{ti} haeredi filii omittat, ut bona castrensia, tanq^m Iure Peculii ad inhaerendum recuperet, p. ..... creditoribus ... si quis omissa causa testamenti, et separatis filii perinde tenetur, ac si ex testam.^o tanq^m haeres adiuisset d. l. Pater 17. l. ult. de castr. pecul. l. 18. infin. ad l. Valid.

N.º 46 Sed ut id, q^d res ipsa est, breuiter doceamus, duas in hoc artic.^o sententias ... Prima est Peculij castrense filii militis testam.^{ti}, qui Patrem haered. instituit, n^o statim à morte filii ad intellectum haereditatis migrare, s^d tunc demum

demum, quod dicto per alium efficacis aditus Patrem hæreditatem filii adquirunt. Hæc 2ª est Bap. et Alb. in d. l. 18. de stip. seru. et in l. filius. 18. in 1º adit. ad l. Falcid. 2ª 2º est. quod quamuis intellectus hæreditatis, et representationis quiritariæ, non effectu à morte filii militis testatoris emergant; dominium tamen peculii castrensis filio confectum ab eius morte interrumpitur, et à Patre ita discedit, ut statim fundetur; et radicetur in quodam iure postliminii, uel quasi postliminii (quod inferius nociter explicabimus.) à quo postea ad Patrem intestato repudiatum, uel iure hæreditatis si pater adit, uel Rustino iure peculii, si Pater repudiet. Hæc 2º est Tryphonii in l. de hæreditate. 19. in 1º postliminii eiusdem. de castr. pecul.

Ex qua postrema 2ª (quam quoque probabimus.) euidenter infertur, Patrem à filio milite institutum, nunquam suum hæredem ei esse posse: non quidem ex testamento adita hæreditate propter interruptum castrensium bonorum dominium, non etiam ab intestato repudiata hæreditate: tum propter eandem dominii interruptionem, tum maxime, quia in specie repudiationis paternæ, si absque fraude fiat, peculium castrense nunquam intelligitur non peculii amisisse, quia ex post gesto apparet propter postliminii similitudinem peculium retro fuisse, neque ad naturam hæreditatis nunquam insurrexisse d. l. de hæreditate 19. §. 2. in 1º. ex facto. d. l. 9. in 1º retro. de castr. pecul. et uulgatis. Nº 47.

Prima 2ª, quæ docet peculium castrense filii militis testatoris non statim ab eius morte in hæreditatem ciuilem transformari, modo patrem, modo extraneum instituat, ita probant DD. Bap. et interpretantes in d. l. 18. de stip. seru. quia si peculium castrense statim a morte filii militis in formam hæreditatis migraret, et postea Pater, uel extraneus institutus eam testatoris repudiarent; predictum peculium nunquam potuisset regredi ad Patrem, neque iure peculii, neque iure hæreditatis: non quidem iure peculii, quia semel esse desiit esse peculium: non deinde iure hæreditatis, quia Pater ab intestato ius hæredis in bonis castrensibus eius post repudiatum testamentum non habet l. pomebatur. 3. de castr. pecul. l. pen. C. eod. tit. Et quidem hæc ratio urbosa est: quia si nihil urgentius obstet, nil facilius esse uidetur, quam ut castrense peculium, quod semel in formam hæreditatis migrauit ad pristinam peculii formam redigatur, ut sub ratione peculii in patre sididetur. Probatur Nº 48.

hac assumptio: quia ex patrimonij hominis viuentis, quod post mortem eius fit hæreditas, post aditam tamen ab acceptio hæreditatis fit, iterum patrimonium, atque inter cætera bona hæredis ut patrimonium computatur l. 1. de separat. l. 11. 36. §. 1. ff. 2. instit. de pet. hær. Rursus si vas argentum legetur, et postea vasis forma destruatur, uel massa argentea legetur, et postea ex eadem massa vas argenteum efficiatur, adhuc legatum debetur l. lana. 88. §. ult. de leg. 3. l. servum. 44. §. 2. de leg. 1. quia sit in utraque specie forma unitur à potentia materiæ ad quam facile reduci potest. l. quæsitum. 78. §. illud. 4. de leg. 3. Quibus exemplis dicere potuissemus, peculium quod semel esse desiit et naturam peculii iterum resumit, in parte quæ repudiato tandem tertio iure peculii considerari. ex l. pignoratitia. g. l. de hæreditate. 19. §. Pater. ff. de castr. pecul. quippe quælibet hæreditatis, uel personæ imaginariæ forma à potentia peculii unitur, quod est hæreditatis, et imaginis fundamentum l. hæres 37. de adq. hær. arg. text. in l. 1. §. ansoma. 2. et l. non potest ... de ... [illegible]

N.º 49 Quam ob rem nos respondemus prædictam communis opinionis rationem quidem per se ueram, non tamen sententiæ a DD. explicatam: nec satis profecto est iuris ... scire, nisi sententia eorum ratio et calleatur: ideo circo dicimus, quod si peculium castrense filii patris, uel extranei intestantis confestim à morte filii in formam hæreditatis transferretur, certe non potuisset defuncto patre tertio ad pristinum peculii formam ita reformari, ut in patre iure peculii considerentur: ratio est, quia forma hæreditatis ciuilis est forma suapte natura æterna et indelebilis; si quidem hæreditas ciuilis nihil aliud esse credenda, nisi fictam defuncti personam post eius mortem emergens ut defunctum ipsum repræsentet l. 22. §. ult. in l. seq. l. 62. de adq. rer. dn. Iam vero nulla persona realis, uel ficta (ad imitationem naturæ) realis uel ficta temporalis est, sed suapte natura æterna, eo modo quo dicere solemus nullum filium temporalem esse proinde quod adoptio ad certum tempus facta inutilis esse l. quæsitum. 34. de adopt. Porro quemadmodum superstes adhuc tertio persona temporalis sibi met ipsi non est, sed potius perpetua ita simul ficta eius persona (quam ad imitationem naturæ lex creauit) temporalis non est.

N.º 50 Propter quam rationem postquam semel hæres hanc personam fictam induit, ille

illa exuere nunquam potest l. 7. §. Pap. de minor. l. ei qui 88. de haer. inst. l. 30. ved Urig. de statu. liber. l. 2. §. 1d eri. l. ad Trebell. quinimo quemadmodum cuilibet representatio ad haerede semel induta, exui postea non potest, ne imitatio naturae corrumpatur, ita ipsa imago haeredis induta si ttij repudietur perpetua adhuc est: hoc plane intelli, quod haec imago pote ee ttia si ttij ofirmetur, et uel potest ee intestata, si ttij deseratur: at uero annihilari vel in aliam rem substantialem transformari adeo n potest, ut quamuis post aditam haereditatem omnia haereditaria antea iacentia fiant patrimonij haeredis l. 32. §. 1. de pent. haered. nihilominus tm ratio haereditatis, et imaginis n perit, quinimo illa persona quae ante aditam haereditatem quasi iacebat, post aditam tm haereditatem expergiscitur, atque in unum haeredis adeuntis personam transit.

Et plane si uerum amamus, id ipsum est, quod Pap. et Ulp. dicunt in d. l. 18. de bon. sem. et i. d. ad l. Falcid. quo loco afirmant bona filii militis testantis per ipsum met aliam efficacia adit. Patris, uel extranei filii haereditatem regentes quinque quae per aditum meruit eiusm imago in haerede adeunte repraesentari. Equidem non differt filii militis imago à quorumcumque Patrum fam. imagine, quod in patribus fam. duplex est imaginis status: alter quidem ante aditam haereditatem, quod dr haereditatis iacentis status; alter uero status post aditam haereditatem, in quo repraesentatio antea iacens tandem expergiscitur, atque in unum haeredis personam insinuatur. At uero in filio fam. unicus tantum est status imaginis et haereditatis, scilicet post ofirmatam ttij per aditum d. l. 18. de bon. sem. ille enim ist alius, per quae omnia adquiruntur unum haeredis personam defuncti filii repraesentatur insinuat, infundit. Et hic est uerus Pap. et Ulp. sensus reiectis omnibus DD. omentis, à quibus aegerrime se expediunt. N.º 51

Superest ut alterum ost. praetij proemius, eius ue rationem reddamus, in qua diximus, quod quamuis castrense peculium filii fam. in summam haereditatis quiritariae, effectu à morte n cargate, peculium tm ipsorum dnij à morte discedere, eiusque dnij quod mortem filii retro intercurrit, modo ipse Pater, modo extraneus institutus repetatur: quae so Suglionis est in d. l. 19. §. 2. de castr. pecul. Et plane si de eo peculio castrensi loquamur, in quo pater ipse à filio milite institutus N.º 52

est, res saltem nobis est manifesta; alioquin si dominij castrensium bonorum commutaretur in patrem, fuisset proculdubio pater suus et narius haeres filio, adeo ut nouo Praetoris uel legis adiutorio indigeret, ut à suspecta onerosaque filij haereditate se abstineret pater. Hanc rationem ipsi supra fundauimus, neque diutius moramur. Sin vero loquamur de illo peculio, in quo extraneus institutus est, res est longe manifestior, teste Tryphonino: quia si castrensium bonorum dominij commutaretur in patrem, eo casu, quo extraneus institutus est, perfecto quandocumque agnosceret bona haereditaria non immediate à filio milite haberet, sed potius ab ipso patre, cuius, ad illud usque aditionis momentum rerum peculiarium dominij erat: quae ratio expressit Tryphon. inuoluto non tam facile. Propter quae quod superius dictum est potuit oportere patrem a filio milite nominatim exhaeredari, ut eius peculij in extraneum haeredem transferretur, quia si pater non exhaeredatus peculij iure domini praeoccuparet, antecederet proculdubio extraneum haeredem, ne alioquin duo in solidum domini eorundem bonorum reperirentur: quae ratio etiam docuit D.S. inuoluto occurrebat.

N° 53 Sed in hoc articulo gradum sistit, pedemque figit, nec facile respicit magnus condiscipulus noster Ulm. D.or D. Josephus Fernandez de Retes. tom. 2. opusc. lib. 5. cap. 7. n.° 6. cuius sententiam adaequiter atque sapienter de persona sub cuius dominio res peculii castrensis in illo temporis uacantis interuallo remanenda, quae à morte filij militis usque ad aditum patris, uel extranei haeredis excurrit. Utque numeris cedentibus docuimus rerum dominij à patre statim discedere, atque insimul docuimus, personae filij quiritaria idest haereditatis ciuilis interim non emergere, quousque per aditum patris, uel extranei haeredis filio exprimente l. 28. de reg. iur. Cui rei sequens esse uidetur hanc bona castrensia sine domino interim iacere, quod absurdum est: Insuper addit egregius condiscipulus noster à nullo D.D. quaestionem hanc discussam se uidisse.

N° 54 Sed nos reponimus de Interpretum sententia esse Tryphonini non non laborare, qui diserte docuit castrensium bonorum dominij in quadam postliminii similitudine interim retineri l. de haereditate. 19. §. 2. uerbo postliminii cuiusdam similitudine ff. de castr. pecul. Sin uero efflagites, quid re uera sit haec postliminii similitudo; nos liquido respondemus hanc postliminii similitudinem nihil aliud esse

quae

quę ipsę ciuitati, siue personę eius, ipsius ciuitatis Romę. Ciuitas enim Roma non in concreto, sed in abstracto sumpta persona est intellectualis, uniuersalis, et collectiua, in qua ciues, et eorum iura sustinentur, ab eaque tamquam in ciues deriuantur, non secus atque hæreditas, quę in abstracto sumpta persona est intellectualis, et collectiua, quę uniuersa bona hæreditaria sustinet, ad ea que hæreditaria iura deriuantur, ut est expressus, qui utrumque coniungit in l. mortuo 24. de fideius. arg. eorum tex. in l. proponebatur 76. de iudic. et l. quod dicitur 5. de impens. in res dot. Bald. in § ad rubr. solut. matr. ex n.° 2. cum seqq. et in dicta l. 76. de iudic. et innumeris ab eo citatis. In hac igitur persona ficta et collectiua ciuitatis Romę fundantur et radicantur, non solum omnia iura quę captiuorum, uerum etiam iura dominia quę bonorum eorundem, ut ex post gesto ea iura, omnia quę ciuitatis ipsa persona restituat ei, eisue, quibus ostenditur de postliminio loquentes attribuunt. In quę re nouiter expendimus, et disiungimus quę tex. nobis satis expressus in Millon. instit. 32. § 1. de hæred. inst. cuius tex. in omnibus fere editionibus ita se habent. Qui apud hostes est recte hæres instituitur, quia iure postliminii omnia iura ciuitatis in persona eius in suspenso retinentur. Nos autem nec littera quidem mutata, disiunctione tantummodo inuersa ita ipsum legimus: Qui apud hostes est recte hæres instituitur, quia iure postliminii omnia eius iura in persona ciuitatis, in suspenso retinentur ut sensus sit, iura, dominia quę captiuorum non ipsa captiuorum persona in suspenso retineri iure postliminii interim dum captiuitas pendet, ut sonat communis disiunctio (hoc enim absurdum est, et probat eleganter Fab. in iurispr. tit. 3. prin. 2. illa 2. et tit. 12. princ. 7. ubi in ipso principio, Illustrissimus Primarius antecessor noster D. D. Ramos in comentario ad tex. in l. lex Cornelia 28. de uulgar.) quinimo sensus hic est, scilicet iura et dominia captiuorum interim dum captiuitas pendet in persona ficta ipsius ciuitatis Romę, quę Regina et domina est iure postliminii in suspenso retineri, ut ipsa ciuitas eadem captiuorum iura ei, eisue ex post gesto restituat, quibus constitutiones de postliminio loquentes attribuunt.

Sed ne quis magnopere admiretur, quod iura dominia quę captiuorum in ipsa ciuitate Romę retineantur considerare eum oportet, quod ius illud speciale ciuis Romani, quod captiuus per captiuitatem amittit in ipsa ciuitate Romana N.° 55.

indubitanter remeat tanquam in caput et fontem, à quo primum derivata fuit, ut iure postliminii iterum ab ea deriventur. hoc enim videtur sonare text. in d. l. 32. §. 1. de her. inst. nam in quo capite iura civitati congruentia retinebuntur, quam in illo eodem capite, à quo tanquam ex fonte dimanarunt? iam vero si speciale ius civitatis, sive ius Civis Romani in persona ipsius Civitatis Romae retineatur, quis deinceps infitiabitur reliqua etiam iura captivorum in eadem civitate retineri, ut ab illa tanquam ex fonte iure postliminii ex post facto descendant. Alioquin iura captivorum, non ab una, eademque persona retinerentur, neque in uno in eodemque loco iterum existerent, quod indubitanter absurdum est, certe non sufficit quod Ulp. captivorum postliminio Pomponius clarissime utens scripsit, iura dominii quoque bonorum castrensium interim dum iacent in quadam postliminii similitudine retineri, idest in persona filiorum civitatis retineri, ut eadem civitas patri ex post facto et iure peculii restituat, si haereditas filio militis repudietur; vel eidem patri, extraneo vel iure haereditatis restituat, si pater vel extraneus instituti agnoscant haereditatem.

N.° 56. Itaque ut de iure dominii rerum captivorum, atque de iure et dominio bonorum castrensium paucis loquamur, ita breviter censemus. Dicuntur quidem haec omnia interim pendere, atque in suspenso retineri. De omnibus captivorum ita receptum extat in d. gen. ete. suis et legit. l. illa. inst. l. 32. §. 1. de her. inst. l. 2. §. si pendeat. ad Maced. De omnibus autem castrensis peculii servatum etiam extat in l. de haereditate. 19. §. 2. vers. nisi in pendenti sit, ita enim legendum est. et l. proponebatur. 9. vers. retro peculii. de castr. pecul. Quae loquutio non ita accipienda est, quasi incertum suspensumque sit sub cuius personae dominio iura captivorum, atque iura castrensis peculii retineantur. Quippe certa designabilis quae est persona in cuius dominio utraque haec iura retinentur, scilicet persona fictae civitatis Romae d. l. inst. 32. §. 1. quinimo praedicta loquutio ita accipienda est ut in pendenti incertumque sit cui personae ex post facto restituenda haec iura sint, quia ius postliminii captivo ipsi tantum reverso restituit; lex vero Cornelia haeredibus captivi apud hostes mortui: similitudo autem postliminii, de qua Pomponius consultus bona castrensia iure peculii restituit patri, si haereditas filii militis à patre vel extraneo repudietur: sive à patre vel extraneo haereditas adeatur, eadem omnia patri extraneo vel adeuntibus iure haereditatis restituit

d. l. si

d. l. si seruus §. in fin. de bon. poss. sec. d. l. 21. & 9. de castr. pecul. atq. id circo Tri-
phonius p̄dictą postliminii similitudinę, neq. hæreditatę, neq. successi simplr appel-
lauit, s. d. imaginę tanti successionis. Magno p̄fecto iudicio: quia re uera hęc
bona castrensia, dum in persona ciuitatis retinentur, neq. ut peculiu, neq. ut
hæreditas retinentur, s. potius ut bona in stricta bonorum significatione: de qua in
l. bonorum. 49. de V. S. Sed tn̄ quatenus bitio, retento quę rerum & dniorum
communio, tantumdq. ualet hæc postliminii similitudo, ac ualeret ipsa here-
ditas Quiritaria, si in præsenti creatu, creari ue potuisset, ideo imago successi
idē imago hæreditatis quiritariæ hoc quasi postliminium a Triphonio appel-
lata. Jamq. de hac q. sub hac eadę forma censuimus in nrō tractatu de
adquir. poss.: dum de usucap. ante cognitionę inchoata ageremur, in quas
adhuc perennes, quoniam alter meliora reponatur diutius n̄ moramur, quia
iura postliminii n̄ sit præsentis instituti.

Absoluimus iā ergo, q. nūc desiniti. N.o 57.
quatenus diximus iam suorum hæredum, siue eorum suitatę ē anticipatam & stimulum
bonorum paternorum dnium Liberis primi gradus a lege radicatum, mediante patria
potestate. Superest postrema, & longe obscurior pars, quæ docet iure suita-
tis n̄ solum illos filios gaudere, qui temp. mortis patris primum locum in fam.
tenent, uerum etiam illos, qui temp. destituti ttī primum locum tenent in fam.; imo, in-
quit, Iulianus, q. si de prima gradu familię in ordine ad iura suitatis quęratur,
temp. deserti ttī inspiciendum ēē §. cum autę. &. inst. de hær. quę ab intest. Spe-
cies est famosa, a I.C.tis strenuę agitata in l. si quis. 9. ff. si filius. de lib. & posth.
l. si quis. 6. in prin. de iniust. rupt. l. scripto. 7. unde liberi. l. 1. §. sciendum. &.
de suis & legit. l. ult. in fin. de C. I. a. Cuiacii relati §. cum autę. &. inst. de
hær. quę ab intest. Species, inquę, est famosa: Pone ttę hentę filię & nepo-
tę ex eodę filio, filię exhæredare, nepotę præterire, extraneumq. hæredē insti-
tuisse: deinde filiu exhæredatu patri superuixisse, mortuu tn̄ fuisse, interę
dum extraneus hæres deliberat: tandę extraneus hæres mortuo ante aditu, uel
quod idę est hæreditatę repudiat, proindeq. propter desertu ttę redalta est hę-
reditas ad eaę intestati, ad cuius successi nepos, qui uigente ttō præteritę
fuerat, in causa tamen intestati primus reperitur in fam., a nullo præcessus

Curandum in hac specie ubi hic nepos avo intestato iam mortuo succedat ut suus, an vero ut proximus tantum agnatus ex generali vocat.e legis decemviralis, quae post suos haeredes ab intestato proximiores vocat agnatos l. scripto 7. vers. alioquin. unde liber. §. 1. inst. de legit. agn. succ.

N.º 58 Quid dicamus immensa refert, namque si nepos iste avo intestato succedit, ut suus, duo ingentes effectus sequuntur, qui nunquam sequerentur, si ut proximus tantum agnatus succederet. Primus effectus est, quod si avo intestato succedit, ut suus, erit eius avo necessarius, quia necessitas a suitate inseparabilis est §. sui autem. de haer. qual. §. 2. de haer. quae ab intest. l. 2. §. qui in. et ign. omis. cau. tit. Ideoque fama defuncti avi nunquam periclitabitur valde l. mi.ae attenta, et seclusio benef. Pretris l. filius. 12. de vulgar. l. quaesitu 20. de adq. haered. l. Pater 28. de reb. auct. iudic. poss. Secundus autem effectus maior et praestantior ille est, quod si nepos iste avo intestato succedit ut suus, quamvis iste nepos postea moriatur, antequam avi haereditati se immisceat, haereditatem tamen suitatis potestate in semetipso iam radicatam transmittet ad matrem suam ex S.C.º Tertulliano, excludet que sequentes avi agnatos, veluti fratrem avi, qui ipsius nepotis patruus est l. 3. C. de i. delib. l. 2. §. si quis ex liberis. 7. ad Tertyl. l. ap. hodres. §. C. tit. suis et leg. l. quis duos. 9. §. 4. in bello. de reb. dub. l. intesto. 3. §. 1. autem 20. infin. de suis et leg. l. lucius 11. §. 1. atque ita. de i. hie. ===

Contra vero si non ut suus, sed ut proximus agnatus avo succedit (est enim avo agnatus, ut tenet cons. n.º l. filius. 12. de suis et leg. l. ult. § pr. 3. de grad. et affin. l. cohaeq. 4. §. 1. quod in bon. poss. l. ult. §. 2. C. de codicil.) avo suo necessarius non erit, imo fama defuncti avi periclitabitur, quia haeres, qui suus non est, quamvis agnatus alioquin sit, voluntarius haeres est §. 1. inst. de leg. agnat. succ. Unde si ante immixtionem hic nepos moriatur, haereditatem avi ut potentem in se potest. suitatis non radicatam ad S.C.º Tertyll. non transmittet, immo potior erit ipse post nepotem agnatus, scilicet frater ut in l. 3. C. de i. delib. l. ap. hodres. §. C. de suis et leg. ex n.º citatis. Et plane hanc quaestionem agitat D. Pindreco ex Tap. in l. scripto. 7. vers. alioquin. unde lib.

N.º 59 In qua ardua et terribili quaestione quod est, in facultate sua nepotis in tit. avi impune gerere ut posset in patris exhaeredati iure, si tempore decessus illius ipsa in primis avi teneat suum et naturae haeres eidem avo intestato succedere debet, ideo si antequam iste nepos ab intestato

...c

se immisceat, mortuus fuerit eē, ut aui sui hæreditatem ad M.ʳ vug ex S.C.ᵒ Tertulliano transmittat, ita ut in iure de hæreditate, melior sit cā M.ᵗⁱˢ om alterius cuiuscumq. proximioris agnati. Stante ergo glossam tāt in l. si ẑ. g. §. 1. ff. tt.ᵒ l. si q. 6. de inoffic. test. l. scripto. 7. unde liberi. l. 1. §. sciendum. §. de suis et legit. l. ult. in fin. de C. S. l. ad tertullianum. §. C. de suis et legit. l. 3. C. de ν. delib. l. 2. §. si qs 7. ad Tertull. Allegant Cornell. 7. om. 2. Cuiac. 29. obs. Ant. et lib. 13. eorumdē obs. in d. l. 7. et ult. et lib. 4. obs. Afflic. in l. si filius. 16. ff. tt.ᵒ et lib. 3. obs. co. 27. Fab. 9. ciet. 19. et lib. 19. de error. err. 10. Doueang. 2. uar. co. 4. Bart. et Calz. in l. ult. C. unde liber. Ang. de Perugl. in tract. de suitate. q. 10. p. 109.

Sed si hæc ergo stet, inuenimus. In hac spē nepos iste, qui temp.ᵉ deserti ttᵗⁱ ergo ly ouicunt in fīm. ex ei sui hæredis, nec uiuente, nec moriente auo habuit, neq. in toto illo temp.ⁱˢ interuallo, quod a morte aui usq. ad temp. deserti ttᵗⁱ excurrit. Ergo hodie cū deserti ig ttᵗⁱ est, iᵗ sui hæredis hīc n̄ gōte, sᵈ tm̄ proximi agnati ex generali uocat.ᵉ legis, quæ proximum agnatum, suo hærede n̄ extante uocat §. 1. inst. de leg.ᵃ agnat.ᵃ succ.ᵉ Cōr ꝑ ex definit.ᵉ suitatis à Paulo nro deducta in suā l. in suis. 11. quippe suitas nihil aliud est, nisi anticipatum dominium paternorum donorum, liberis ī gradus à lege radicatum, et post mortem gᵒⁱˢ continuatum. Ergo si nepos iste nec uiuente, nec moriente auo, neq. in toto illo interuallo, quod excurrit à morte ad temp. usq. deserti ttᵗⁱ ꝑdictum dominium habuit, neq. illud post mortem continuavit, neq. neq. potest hodie temp.ᵉ deserti ttᵗⁱ suus hæres eē auo, sᵈ agnatus dumtaxat ex generali uocat.ᵉ legis. d. §. 1. inst. de legit. agn. succ.ᵉ N. 60

A. in, in quo ē tota difficultas, q. ꝑ suas ꝑ. In primis nepos iste uiuente auo ius sui hæredis n̄ habuit, ꝑ ꝑ aum ꝑ ext. Authoritas est ius in l. si qs 6. ver. cum neque exhæredari. de inoffic. test. l. Gallus. 29. §. in omnibus. in fin. de lib. et posthum. l. 4. § 1. de contra tabul. l. 1. §. sᵗ et si pater. 6. de coniung. cum emancipat. liber. In qq. iuribus liquido docemur hunc nepotem à Patre suo quantumuis exhæredato, ita in iure suitatis uiuente adhuc auo antecedit, ut n̄ soli possit impune præteriri, uerū et eū exhæredari necesse n̄ sit: si ꝑ uiuente auo a Patre quantumuis exhæredato, ita nepos iste præcedit, ut ius suitatis adeptus n̄ fuerit: alioquin si uel uno momento suitatis adeptus fuisset, neq. impune præteriretur, neq. absq. expressa exhæ- N. 61

sedat à d[omi]no bonorum regeliere? Cum ceteris &c. ib. ff. l. 1. Obbo tt. de s[ecund]is tab.
Rursus idem sentit probat. explorata e[st], quia exhaeredato filio, suitas filio non admit-
tere dum tt[estato]r uiuit, exhaeredato enim eo, eius sit haereditatis ablatio l. 9. §. 1.
int[er] cetera. 30. ib. ff. l. si quis. 68. in prin. de haered. inst. hinc uires suas exeunt,
explicato, cum aliqua haereditas exitat, quae auferri possit. Cum aute[m] uiuente
adhuc auo exhaeredante nulla sit eius haereditas, quae auferri exhaeredato filio
possit, l. nemini. 27. de adquir. haered. l. 1. de hae. uel act. uend. l. ita 27. §. à pa-
tre. ad Trebell. necesse est. habere exhaeredatus uires suas uiuente adhuc tt[estato]re non
exerere. Ergo exhaeredatio filii uiuente adhuc tt[estato]re filium à iure suitatis non re-
mouet. Denique hanc assumptam aliam etiam uia probat Raphael Cuman. in l. sig.
9. §. 1. ib. n. ff. Nimirum exhaeredatio non tollit patriam potestatem adhue dum tt[estato]r
uiuit l. 2. vii. uel exhaeredato de uulgar. §. non solum. 5. inst. de pupil. subst. l. uero
§. 1. inst. ead. ff. Ergo nec tollit suitatem, quae in patria potestate tanquam in fundamento
radicata. Iam uero si exhaeredatio filium exhaeredatum uiuente tt[estato]re exhaeredante,
non remouet, nepos iura suitatis tunc adquiri non poterit, quia posterior gradus, tunc
demum uiuente tt[estato]re suitatem adquirit, quando prior gradus eodem tt[estato]re uiuo suitatem per-
dit, per mortem, deportationem, captiuitatem, uel emancipationem, uel alios siles modos
inter quos propter filium non exhaeredatio non recensetur. l. posthumorum. 13. de iniust.
rupt. l. Gallus. 29. in princ. & §. & quid si tantum. ib. n. ff. l. 1. §. filius. 4. de
suis & leg. hae. §. sui. 2. uer. hunc demum. in fin. inst. de hae. quae ab intest.

N. 62. Ecce

quia uiuente auo exhaeredante nepos iste sui haeredis ius non habeat. Deinde neque mor-
tuo auo in illo mom[en]to, quod post assumatur aui mortem incipit ius sui haeredis is-
te nepos habuit. Quae assumptio multifariam probatur. Primo quia frustra atque impru-
denter diceremus in illo primo post mortem mom[en]to hunc nepotem incipere esse suum, nulla
enim est in toto mundo suitas, quae post mortem illius incipiat, de cuius suc-
cessione tractatur l. posthumorum. 13. de iniust. rupt. l. Gallus. 29. in prin. & §. & quid
si tantum. ib. ff. l. 1. §. filius. 4. de suis & legit. Quia enim suitas, quae eius sit an-
tiquam domini, uiuo adhuc tt[estato]re liberis à lege radicatur, atque post mortem tt[estato]ris
continuatur l. in suis. 11. ib. ff. nil plane imprudentius diceretur, quam quod huius
nepotis suitas à uero illo mortis mom[en]to inchoaretur, quod post assumatur aui
mortem

mortis incipit. Equidem in hoc artic.° perinde repugnat suitas à s.° post mortis momento incipiens, quam si post millesimum anni inciperet diceremus. Atque haec eadem assumit.° firmius q.e, quia quis in illo momento, quod post consumatam avi mortem ijs est, incipiat eis exhaeredati filii suitas relaxari, dumque bonorum paternorum dimittere, ut locum faciat extraneo haeredi scripto, nihilominus tamen exhaeredati filii relaxata tunc suitas, nepotis suitatem tunc non parerat; quod evidentissimum est, propter rationes supra enarratas, quia scilicet nulla suitas post mortem illius inchoata, quod d. cuius succ.e tractatur d. l. posthumorum .13. ff. iniust. rupt. d. l. Gallus. 29. in me vivo moriente haeredi Tunc eis qui ex illo momento haereditas bona que paterna, incipiunt extraneo haeredi utiliter deferri, ut et deliberare, et adire posset, si velit d. l. 9. §. 2. haer. l. scripto. 7. unde liber. l. 1. §. sciendum. ff. suis et legit. l. 6. de iniust. rupt. Ergo illo momento nulla suitas viget: non suitas filii exhaeredati, ut per se patet, non quoque vero suitas nepotis: quia si haec tunc vigeret, extraneum scriptum removeret, iusque delat.us, et adit.us antevertetur l. 3. §. filius. l. inter caetera. 20. haer. l. 68. de haer. inst. Itaque in illo momento nec filii nec nepotis suitas viget, altera quidem quia extincta est, altera vero quia nondum nata est. Ecce, quod nec vivo nec mortuo avo explicata est suitas nepotis. Tandem in toto illo intervallo, quod à morte usque ad desertum test.um excurrit explicata non est huius nepotis suitas, quod in allegatis iuribus evidentius est, propter easdem enarratas rat.es nec nos diutius immoramur.

Equidem Interpretes probe hanc dubitandi rat.em quod huius nepotis suitatem non satis consideraverint; crediderunt se abunde facturos si Consultorum Iuris litteratur inhaerentes, huius nepotis suitatem, quamquam rescissit ad illud temporis momentum retroagerent, quod est ijs post consumatam avi mortem: de quo insuper momento iuxta eorundem Iur.tum rhorinum verificari posset, tale esse, ut in eo nepos iste, nec in cau testam.ti, neque in cau intestati personis à lare repeciatur. Cum enim animadverterent Interpretes universum C.tum laborem, in eo tum artic.° insudare, ut tali regrediendi liberum expeditum que ab omni impedim.to tam in cau test.ti, quam intestati redderent, ut hac via nepotis tamquam à D. non praeteritum, in aliquo momento collocarent, illud momentum rescissionis elegerunt, quod est ijs post consumatam mortem testatoris. N. 63

si quid a illo hec omnia verificantur: scilicet quod nepos in potestate morientis avi fuerit (de quo non dubitatur). Deinde quod in illo momento a patre exheredato iam mortuo neque in causa testamenti, vel intestati, processus reperiatur. Iure ad hanc suitatis acquirendi, haec sufficere crediderunt. argumento text. in §. sui. instit. de hered. que ab intest. l. si q. §. vlt.° verum. de inoff. rupt. l. scripto. 7. vers.° neque pater. unde liber. l. 1. §. sciendum. vers.° quoniam nec delata. ff. suis et leg.

N.° 64 Et plane si hec tantum circumstantie sufficerent ad talem resolutionem explanandam, atque suitatis accipiende facilitatem profecto nunquam huius nepotis suitas DD. fulcirunt: quia ubi JJ. dicunt verum indubitanter est talem illum tempus repudiandi talem liberum atque expeditum esse, tam in causa testati, quam in causa intestati. Nimirum si aliquod impedimentum repudiendi nepotem remoraretur, maxime suitas filii exheredati, cui testamentaria hereditas delata aliquando fuisset, proinde quam taliter infra, ut repudientem nepotem antevertet: sed sic est, quod testamentaria hereditas filio exheredato delata nunquam fuit, quia exheredatio eum efficaciter removit, ubi Consulti affirmant, ibi: cui hereditas nunquam delata fuit. l. 1. §. sciendum. de suis et legit. ibi: neque pater videbitur obstitisse. l. scripto. 7. und. liber. et ibi: non fuisse autem delatam hereditatem apparet. l. si quis. 6. ff. iniusto. rupt. et ibi: in superiori casu absurdum est. l. si quis. 9. §. 1. h. tit.° Ergo saltem in causa testati, idest, dum testamentum viget suitas filii exheredati repudiendi nepotem remorari non potuit.

N.° 65 Deinde in causa intestati res est longe manifestior: quia cum filius exheredatus mortuus iam eo tempore J.C. supponant, quo testamentum ab extraneo herede deserto fuit, atque imprudenter diceremus suitatem filii iam tunc mortui repudiendi nepotem remorari: et quamquam verum sit, quod vulgo dicitur, ut filii exheredati suitatem revalescere si testamentum illud desertum, in quo filius exheredatus est l. filius. 20. vers.° exheredato. de vulg. l. rationis. 12. §. ex test.° 5. ff. bon. libert. l. pag. §. 1. ex cha. 6. ff. inof. test.° proinde quod in hac specie videatur exheredati, mortui quod filii suitatem post repudiatam extranei heredis reviviscere, ut tanto heres fuisse adiuit filius fingatur. arg. l. si exheredatus. 20. ad Syllan: nihilominus hec hec doctrina praesenti casui applicari non potest, uti J.C. in nostris iuribus affirmant; quippe haec doctrina tunc vera est, quando deserto

desertio test.ti filii exheredati adhuc vivi, superveniente quod repetit d. l. filio 20 de 5a tab. d. l. si Patronus 12. §. ex test.o de bon. libert. Tunc enim superstite filio recte dicitur, eius suitatem convalescere, quia persona filii adhuc superstes est, ad cuius emolumentum suitas convalescat: at vero cum in nostra specie exheredatus filius iam mortuus sit tunc cum test.um deseritur, frustra de suitatis convalescentia quaereremus, cum iam non existat persona, ad cuius favorem convalescat; quippe prius est quaerere de persona, quam de iure personae d. l. quidam 14. de iur. codicil. d. l. 1. de stat. hom. Cui rei consequens est, ut cum I.C.ti nostri afirment suitatem filii exheredati nepotem regredientem in eius instit. non remorari, si quidem instit.a haereditas filio iam mortuo delata nunquam fuit, ut confecta ratio probat, et D.D. proclamant, in allegatis iuribus.

Neque confectis D.D. obstat text. in l. si exheredatus 20. ad Syllan. ibi enim non asseritur exheredati, occisi quae iam filii suitatem post desertum ab extraneo herede test.um convalescere, ut rerto suus haeres filius iam occisus esse fingatur: quinimo strictim asseritur post desertum ab extraneo herede test.um quaestionem tormentaque hereditarios servos propter filii occisionem subiiciendos esse: non quidem ex eo, quod filius iam occisus rerto suus, et dominus in S.C.o Syllaniano esse fingatur, sed quia dominus futurus erat, si non occiderentur, ut Paulus expresse afirmat ibi: *quia ipsius essent servi, si filius viveret.* Haec autem immense differunt: verum enim est filium occisum dominum superfuturum si viveret: si enim occisus non fuisset, suitas per exheredationem relaxata, tunc demum in persona filii superstitis convalesceret, quando test.um desereretur d. l. filium 20. de 5a tabul. Caeterum falsum est, suitatem filii exheredati occisi ita reviviscere, ut rerto suus heres, et dominus esse fingatur: hoc enim quo potest fuisset, sed quaerere de suitate iure filii, quando filii persona in rerum natura iam non est, neque esse spectatur d. l. quidam. de iur. codicil. l. 1. de stat. hom. Ratio itaque ob quam servi hereditarii post desertum test.um tormentis propter filii occisionem subiiciuntur, non illa est, quod in S.C.o filius dominus fuisse retro fingatur: sed imo illa ratio est, quod filius dominus futurus erat si non occideretur; proindeque ne de filiis servorum illius agit, quod potius nocere eis debet, de illis quaestio perinde sumenda est, ac si filius fuisset dominus, non quod vere dominus fuit, sed quia dominus futurus erat, si non occideretur, ita Cuiac. resp. Pap. in l. heres. 20 ad Syllan. Val.r ad nostram rubricam cap. 4. n.o 12.

e n.o 66
l. 20. ad Syll.

N.° 67 Et quidem ut de universa hac DD. philosophia sincere censeam circa huius nepotis suitatem stabiliendam, dicendum est eos tam in explanando retrofictitio tractu, quam in removendo impedimento, sive d.ris ex textu in d.l. si exhæredatus. 29. ad Syllanianum recte philosophari, ceteros non satis prudenter agunt, dum istum nepotem retro actum in illo temporis momento collocant, quod post consumatum avi mortem incurrit: quasi de illo retrofictitio extremo omnia suitatis principia verificari possint, quinimo nullum suitatis principium extra patriam potestatem de illo momento verificatur, sicuti ego supra n.° 60 et seq. probavimus. Quam bene nos ut huius nepotis suitatem retrofictitii potestate fulciamus, eundem nepotem interius retro agimus, eundem viuente adhuc avo intrudimus; si quidem eum per retrofictionem in illo temporis momento collocamus, quod est ultimum vitæ, id est, in quo avus moritur: momentum enim illud inter vitam et mortem medium est, atque idcirco vitæ potius adscribitur. L. qui duos. 18. §. 1. ff. manum. test. L. ult. de C. D.a si quidem non mortuus, sed revera vivus moritur, et animam agit. Porro de isto nepote in illo temporali extremo per retrofictionem collocato, affirmamus civilia omnia suitatis principia de illo verificari: nam in primis verificatur eum fuisse in potestate morientis avi, de quo non dubitatur. Deinde verificatur nepotem istum in illo vitæ extremo collocatum, processum in eadem test., vel intestato non reperiri (in quo probando tota difficultas est, sed ego iam probavimus.) proinde quoque verificari ei debet nepotem istum avitorum bonorum dominium viuente adhuc avo acquisiuisse, et postea continuasse, quæ sunt civilia suitatis principia. L. in suis. ult. ff. de lib. et post. L. fin. qui. 6. si quidem omn. ead. tit.

N.° 68 Tota difficultas in eo versatur, ut probemus de nepote isto in illo temporis extremo collocato, verificari dictum, quod a nullo processus reperiatur, cuius rei probatio obscura quidem est, sed tamen certissima: quamquam enim in illo momento a suitate filii exhæredati processus videatur, si quidem exhæredatio in illo momento, vires suas non explicuit, sed in sequenti dumtaxat momento, ut extraneo heredi scripto locum faceret, sicuti supra n.° 59. probavimus; nihilominus tamen, ut tota hæc suitatis philosophia clara evadat notanda signanter sunt retrofictitii tempora: licet enim civilis, quæ illius retro—

retrofictionem autem dicit, quod non omnia tempora tanquam fictioni idonea eligit, sed certum, signatumque retrofictionis momentum eligit, in quo omnia inconvenientia removeat, nepotisque suitatem nocumentum vallat. Enimvero lex huius nepotis suitatem vivente adhuc avo per retrofictionem non intendit, dum filius exhaeredatus vivit, vel dum extraneus haeres deliberat: sed tunc demum quum nepotis gradum ad vitam usque avi retroagi, quando nec filius exhaeredatus vivit, nec extraneus recipitur; quinimo omnes S.C. in eo incidant, ut illi tempori ita tantum curiosissime incidentes per mortem filii exhaeredati, et extranei haeredis repudiationem libere, expeditumque regrediendi tractus evadat d. l. si § 9. §. 1. ibi d. l. si § 6. de inoff. rupt. ... allegatis.

Equidem si lex illud retrofingendi tempus eligeret, quando adhuc filius exhaeredatus viveret, everteret quod dubio tam avi testamentum, cuius, quam filii exhaeredati legitimam spem: quam demum testamenti haereditatis delatam in extraneo haerede iure fundatam; quia nepos tunc temporis retroactus, atque avo vivente natus tanquam postumus ex lege Velleia rumperet l. postumorum 13. de lib. et posth. seu de iniust. rupt. l. Gallus ... nunc de lege ... hoc autem adeo distat ab intentione legis, ut potius hanc unice ratam sit illo tempore quo causa testamenti pendet suitatem filii quantumvis exhaeredati adhuc re ipsa, vel saltem spe vigente in ultimo vitae testatoris extremo consideret, ut tunc temporis imminentem nepotis suitatem expelleret; quod omnino perpendit Rag. decius in d. l. ... to. 7. in fine unde libens ...: quare quid non tollat iure intestati, iure testamenti debite dissolvere: idest illo tempore, quo causa testamenti pendet bene fundata exhaeredati filii suitas extremo illi vitae momento re ipsa, vel spe inhaeret, ut nepoti obstet, eumque expellet, nec tunc locum nepotis retroagat; totum enim illud tempus retrofictioni idoneum non est, si quidem everteret iudicium avi quod testamentum rumperet. N.° 69

Caeterum eadem lex, quae retrofictionis et temporis moderatrix est, illud postea retrofingendi momentum eligit, quo nepos retroactus, nec testamentum rumpat, ut postea ipse irritum, nec filii exhaeredati spem abscindat, ut postea ipse mortuus; neque fundatam extranei haeredis ius evertat, ut postea ipse abstinenti. Donanque enim cum I. C.tus nunc exhaeredatum filium ipse mortuum esse; neque quidquam inde N.° 70.

operare de paterna hæreditateq. posse: ponamus præterea extraneum scriptum
repudiare, uti litteraliter scriptum extat in nostris iuribus. Equidem tunc lex
restringendi potestatem exerit, atque illud in primis facit, ut filii exhæreda-
ti suitatem in extremo vitæ momento re ipsa, vel spe antea vigentem tunc de-
mum supprimat, deleat, abradat, tanquam quid inutilem, et nulli bono fi-
lii, extranei ve hæredis congruentem: quid enim tunc operaretur exhære-
dati filii suitas, sive ad favorem filii, vel ad favorem extranei hæredis,
vel ad favorem voluntatis avi testatoris nihil prorsus: uti consideranti patebit.
Imo tacito testatoris iudicio plurimum obesset, uti inquam videbimus: ergo in illo temporis
momento, quod ad consumatam filii exhæredati mortem, atque extranei hæredis repu-
diationem sequitur lex ipsam nepotis suitatem per restrictionem reproducit, ut suitas filii,
quæ in eadem testatoris nepotis obstiterat in eadem intestati ipsi non obstet. d. l. scripto
7. in fin. princip. unde liber. quæ ultimum Ratione versiculi, ita explicandum
esse censemus. Quod autem Ratio ista hæc sit, ex hoc recensu patet: nam
verba illa, *iure testati videbitur obstitisse*: nequaquam hunc sensum admittunt,
quasi velit Ratio filium exhæredatum ideo iure testati nepoti obstitisse, quod
testatoria avi hæreditas in ipso filio exhæredato aliquando radicata fuerit: hic e-
nim sensus falsus omnino est, si quidem exhæredatio eum a testamentaria succes-
sione efficaciter removit Limit. cætera 30. testamenti. Ergo verus illorum verborum sensus
hic est, videlicet ideo filium exhæredatum in eadem testati nepoti obstitisse, quia
dum viguit eadem testati suitas exhæredati filii in postremo vitæ testatoris momento,
re ipsa, vel saltem spe vigens nepotem propulsavit, legemque ipsam coercuit,
nedum testamentariæ successionis spei superesset, nepotem retro ageret.

N.° 71 Præterea obser-
vandum est, quod postquam lex civilis per mortem exhæredati filii, et per
repudiationem extranei hæredis liberum expeditumque regrediendi iter invenit, o-
stenta in eo non est, ut intentum agnationis intestatæ avi successionem tunc nepoti
deferret; ad hæc enim iure proximitatis delatam nulla restrictione lex indiget,
quæ cum in iure solius agnationis nulla dominii anticipatio, proinde nullo e-
iusdem dominii continuatio requiratur, sed nova eadem quæ voluntaria dominiorum acquisitio
interveniat Lex 2. §. 1. ff. de suis. et legit. l. scripto. 7. uss.° procul dubio, unde

agnat.

agnat. liber. Quo circa lex Civilis intestati ejus avi favorem stimulans, atque ejus
ipsius nepotis favorem considerans, eum suum et necessarium avo haeredem retrojectionis potes-
tate intuitus est eo modo, quo jam explicuimus: namque quatenus in suitate necessitas
inducitur maximus est intestati avi favor inductus; tacite eius vo-
luntati apprime conveniens: postquam enim illum tertium haeredem, quem avus proedi-
lexerat, scribi non potuit, nihil eius tacito iudicio congruentius lex com-
miniscii poterat, quam necessarium ei haeredem subiicere, ne eius fama post mor-
tem periclitaretur. Deinde quatenus in suitate ius transmittendi haeredita-
tis etiam non agnitae inducitur, maximus est ipsius nepotis favor importatur,
uti omnes concedunt L. 3. C. de iur. delib. l. apud hostes. ff. C. de suis et
legit. L. 2. ff. si quis ex liberis r. ad Tertyll. l. qui duos. 9. ff. cum in bello de
reb. dub. Porro hic duplex favor tam scilicet avi intestati, quam nepo-
tis proximi gradum tenentis retrojectionis causa fuit, ut evidenter probat Rapin.
in illis verbis, quia procul dubio non est agnatus. d. l. scripto r. unde liber.

Ex

qua huius nepotis suitate ita fundata inferebat Aloerius, Alex. Odor-
tinius sapienter docuisse longe aliter cedere suitatem illius filii, nepotis
ve, qui rumpendo occupat successionem, ac suitatem illius filii, nepotis ve, qui
non rumpendo, sed per viam iuris intestati successionem occupat: nimirum suitas illius
filii, nepotis ve superstitis (superstitum, inquam, quia posthumorum alia ratio est)
qui rumpendo occupant, in illo momento cedit, quo testator moritur; adeo ut nepotis
veritate attenta sine dilatione, aut temporis discretione tunc rumpant, quia
saltem tunc testatoris testamentum extitit, quod rumpi possit. L. 1. et ibi. tit. de s. tab.
At vero suitas illius filii, nepotis ve superstitis, qui non rumpendo, sed ab intes-
tato successionem occupat re vera, idest nepotis veritate attenta, tunc non cedit, quando
testator moritur, quia tametsi in illo eodem momento collocanda sit, quo testator mo-
ritur, hoc tamen non potest absque dilatione, et certa temporis discretione: habet enim cer-
tum temporis tractum, et quamdam eventuum vicissitudinem, quorum ratione lex Ci-
vilis ad retrofingendum coarctatur. Cum autem tunc temporis lex coarctetur, quo
iam testamentum per repudiationem, vel mortem irritum est, suitas retro acta non rumpit, sed
tamen successionem occupat: quod verum est, et nostris principiis conforme praeditam

N.º 72.

suitates aliter, et aliter cadere.

N.° 73 Rursus ex hac nra. sn.ª in fertur, quid si- di uelint consulti, et Imperatores asserti Subt.s in §. cy aut §. inst. de hær. qua ab intest. dum dicunt, quod si de iure suitatis quæratur illud spectare tempus oportere, quo certum è aliquem intestatum decessisse. Quæ si.ª eg expressa extat in l. 1. §. secundus §. de suis et legit. Quippe si haec si.ª ita accipiatur quasi DD.s atq. Imperatores tempus morientis testatoris ad discernendam suitatem omnino negligant, falsa est si.ª, q. effectu nulla est in mundo suitas, quæ uel in ultimo uitæ mom.to, uel alio interiori uitæ mom.to uel ut in fornace ñ effectum dl. in suis. n. hitto. Adeo ut ad discernendam illam neoptis suitatem, quæ ex lege Velleia agnascendo insurgit, semper uita illius considerentur, de cuius succes. tractatur: requiritur enim ut plius uiuo patre moriatur, uiuo patre emancipetur, uiuo patre capiatur, uiuo patre deportetur l. 10. ff. mult. rupt. l. Gallus. 29. in princ. et §. et quid si tantum. et §. nunc de lege. hitto. l. 1. §. si filius 4. de suis et legit. quippe nisi illa persona, quæ suus hæres esse deberet, in aliquo uiuendo, uel morientis testatoris mom.to antiquatus bonorum illius dñij ñ acquiruit, impossibile est suum hæredem ei postea exoriri ex allegat. iuribus, atq. ex qua suitati definit.º. Quo circa predicta DD. s.tª Imperatorum qd si.ª ñ è tempus mortis omnino negligere ad diiudicandum suitatem, s.d illum plius specialissimum casum designare, quo ille, qui re uera, et neoptis uexitate attenta suus hæres temp.re mortis ñ reperiebatur, efficiatur postea suus hæres legis retroagentis potestate, uti iam à nobis explicatum est; cui nisi sequens è, uteri seamus omnino imprudenter Interpretes agere, qui predicta DD. s.tª atq. Imperatorum litteraliter si.ª facti incaute affirmant, de iure suitatis, ñ temp.re mortis diiudicandum eè, s.d temp.re delictus tti. dumtaxat.

N.° 74 Sed aduersus iniuersg. hanc doctrinam, qua antifiorum huius neoptis suitatem cum Lap.º et reliquis DD.s in iuribus concordantibus fundauimus, insurget grauiter, asserendo bene quidem, atq. gaudenter huius neoptis suitatem fundatam manere, si tempus retroagendi à lege ciuili et Velleia

illud

illud dubiu est, quo filius exhæredatus iã mortuus est, et quo scriptus hæres extraneus iã repudiauerit, decesserit ve ante aditã, hoc enim casum scripto tempore ad retrofingendũ ulterius; et suitas nepotis fundatur, et ius filii exhæredati n. uulneratur; atq. extranei hæredis scripti ius bene salvatur, uti in decretantibus iuribus expresse scriptũ extat. Verum in hoc temporis euentu q. talis modus quidã intermediũ interuenit, quod est ciuili retrofictioni ouenientius, imo nã : quod si a lege ciuili ad retrofingendũ assumatur (ut assumi necesse est, et iã uidebimus) eueniet quod ut hæredat. filii ius, spes que n. uulneretur; ius autẽ hæredis scripti omnino euertatur: adeo ut nepos in illo modo intermedio a lege retrotractus, et suitatẽ adeptus tanquam præteritus rumpat testm. ius que scripti hæredis adhuc deliberantis antecentat. Porro modus hoc intermediũ, quod retrofictioni ciuili et naturæ et sequentius est, illud procul dubio esse uidetur, quo filius exhæredatus moritur, interim dũ extraneus hæres deliberat. Ponunt enim signanter omnes DD. filiũ exhæredatũ inter moras extranei adhuc deliberantis decessisse D. sin. ptor. unde liberi. Jam uero ita specie statuta nã equidẽ est legẽ ciuilẽ illud circumscriptũ modũ ad retrofingendũ assumere, quo filius moritur, n. expectata abhæredis adhuc deliberantis morte, uel repudiatione.

Ratio huius assumpti efficacissima est uidetur, quia solius exhæredati filii ius, spes q. legitima, (qua uiuente adhuc filio exhæredato ingebat) suitatẽ nepotis remoueri poterat: proinde que hæc sola exhæredati filii spes legem ciuilẽ cohibere poterat, ne uiuente adhuc filio quantumuis exhæredato nepotem ad adipiscendũ suitatẽ retroageret: ne si uiuente filio nepos retroageretur, expeditũ retrogradiendi tractũ n. inueniret; impingeret enim in spẽ exhæredati filii adhuc uiuentis legitimã spẽ, quæ relaxatẽ suitatis suadescentẽ sperat, uel propter mortẽ, uel propter repudiatũ hæredis scripti, uel ppter quiescẽ inoff. ttĩ. l. filiũ 20. de 3ªtib. l. si Latorius. 12. §. ex ttĩ. ff. de bon. libert. l. Lap. 8. §. ex cau. 16. de inoff. ttĩ. at uero exhæ-

N.° 75.

dari filio mortuo int. moras deliberandi, nihil effectu est, quod lege civili ad retrofingendum remoretur, si quidem periculum id non est, ut retroactus nepos in suitatem filii, aut legitimus eius spes ad hunc vigentem impingat: quippe et suitas filii exhaeredati, et convalescentis spes, cum morte ipsius filii prorsus expiraverunt. Ad quem casum credimus recte applicari illud, quod vulgo circumfertur, scilicet exhaeredati filii mortuo fieri dict. §. 5. de iniust. rupt. emancip. Praeterquam quod ita se rem habere nasci nemo est: praeterea enim de suitate, aut de convalescentia illius suitatis tractaremus, cuius nulla persona id est capax quae [illegible] in l. quidem. [illegible] Consult. de stat. hom. Iam vero si haec vera sunt, ubi certe apparent, universa nostra doctrina ex Consultorum iura, e vestigio corruit, si quidem hoc intermedio instanti ad retrofingendum assumpto eveniet quidem, ut ius filii exhaeredati, ut pote iam mortui non vulneretur, ius vero haeredis scripti adhuc deliberantis salvari: si quidem negotia lege civili in illo momento retroactum, atque avo morienti intestato praeteritum reperiretur, proinde quam tanquam suus et praeteritum testamentum rumperet, extraneum quoque haeredem deliberantem antecederet: hoc autem allegata iura non patiuntur, sicuti ex illis litterate patet.

N. fin. Et quidem haec dixisse magnos interpretes non latuit, qui omnes ut nos arbitramur obscure satis respondent: nos clariori modo remus negando lege civili posse nepotem hunc in illo eodem momento retroagere, quo filius exhaeredatus int. moras extranei haeredis deliberantis moritur, proinde quod negamus hunc nepotem tunc retroactum tanquam suum et praeteritum in praeiudicium extranei adhuc deliberantis rumpere. Ratio est conspicua. Nimirum in primo momento post consumatam avi testatoris mortem (quo re vera filius exhaeredatus vivebat) duplex ius extraneo haeredi scripto contra nepotem praeteritum adquisitum efficaciter est. Unum ius est haereditatis tunc per aditionem adquirendae, si tunc voluisset extraneus adire: quod per relaxatam exhaeredati filii tunc superstitis suitatem haereditas delata est extraneo haeredi scripto etiam in praeiudicium nepotis praeteriti, quem avus neque instituere, neque exhaeredare tunc debebat,

ut

ut rite [illegible] [illegible] uincy ne de [illegible] l. Gallus. 29.
§. in omnibus 6. b. 29. uinet, q. extraneo hæredi scripto in primo
illo mom. post durmata tti. mort. adquisitu est, dum adhuc filius ex-
hæredatus uiuebat sit ius deliberandi, et maturius conlendi an
expediat adire, uel repudiare l. [illegible] tt. D. et C. de iur. delib.
hoc autem beneficium a lege concessum est, ne hæredes extranei hæreditariis o-
neribus temere implicarentur: Ex quo duplici iure soluto oritur dif-
ficultas resultat; quia quemadmodum si extraneus hæres scriptus
in illo mom. adiisset hæreditatem, quod est post durmata tti. mortem
et in quo exhæredatus filius adhuc uiuebat, quamuis postea ex-
hæredatus filius moreretur lex ciuilis negotium in nullo mom. retrodu-
ceret, quia aui hæreditas eo rite et recte adquisita est extraneo.
Ita similiter eo si filius exhæredatus int. moras deliberantis ex-
tranei moriatur, in illo mortis mom. lex negotium retroducere non potest,
q. tametsi hæreditas aui extraneo hæredi adquisita non sit, est
tamen eo adquisitum ius deliberandi: quod quia in fauorem extranei
concessum est, in eius perniciem uerti non debet. Quo circa totum tempus de-
liberandi a lege concessum, ut posset utiliter inchoatum (filio scilicet exhæredato
adhuc superstite) extraneo scripto prodesse debet, non nocere: noceret
autem si propter superuenientem exhæredati filii mortem negotium lex tunc
retro ageret. Cui rei sequens est, ut fateamur legem ciuilem nequaquam
posse illud momentum ad retrofingendum assumere, in quo filius exhæ-
redatus int. moras extranei adhuc deliberantis moritur, sed potius illud
momentum, q. supra a nobis assignatum est, sicuti profunde docuit Ra-
ginanus in d. l. siquis p. 7. unde liber. ibi: quia iure intestati
non obstat, iure testati uidebitur obstitisse. et

hæc sufficiant pro primo huius nostræ
tractationis capite; utinam
ad usum agendum
sit

CAPUT. II.

DE SUITATE ET NECESSITATE filior. auferenda vel non, per dationem substituti vulgaris, quando filio in primo gradu instituto, nepos ex eo vel extraneus vulgariter substituitur, ad interpret. tex. in l. si filius 16. ff. h. tt.° et l. ult. ff. de condit. instit. et l. ex contractu 44. ff. de re iudic. et l. Iulianus 26. si quis om. et l. suus 4. §. pen. et ult. et l. iam dubitari 88. §. 1. ff. de hær. instituend.

N. 1.° IN hac famosa controversia triplex est opinio. Prima est Bart. et sequacium affirmantium, suitatem et necessitatem filiorum sublatam intelligi, si pater filio in primo gradu instituto vulgariter substituat nepotem, vel extraneum sub hac vulgari forma: filius haeres esto, si filius haeres non erit, nepos ex eo haeres esto; vel ita extraneus haeres esto. 2.a opinio, contraria est, cuius auctor fuit Angeli de Perusio in tract. de suitat. q. 11. per tot. affirmantis per dationem vulgaris substituti neque suitatem, neque necessitatem filiorum sublatam intelligi, eamque opinionem, eiusque illustriores rationes supremo Angeli nomine sequitur Rud. de error. decad. 32. err. 7. et seqq. 3.a et longe subtilior fuit Bald. in rub. l. in suis. in ho. tt.° distinguentis inter suitatem et necessitatem filiorum, de quibus censet, suitatem quidem per dationem vulgaris substituti filio instituto nequaquam ablatam intelligi; necessitatem vero prorsus auferri, quam postremam opinionem sequitur Christophor. de Castellion ingeniorum Princeps communiter appellatus, ut cernere est apud Angelum ubi proxime, Paul. Castr. et Iason. in comment. ad l. si filius. 16. h. tt.°

N.° 2.

Et quidem huius quaestionis praetereunt, atque speculationis e[...] tibus ille est eximius, de quo tractatum in lege Regia. tit. 12 tit. 5. part. 6. et ibi notatores et Emanuel de Acht. in eius. si pater. de tit. 500 ac deinde filio. n.° 20 cum seqq. quippe si per rationem vulgaris substitutionis suitas et necessitas filio instituto auferatur, uti censet Bart. sequenter indubitanter, quod si filius institutus, cui vulgariter substituitur extraneus est, vel negocio exeo, ante aditionem, atque voluntatis declaratam moriatur, nihil ad proximiorem sibi agnatum, neque ad Matrem ex S.C. Tertylliano transmittere, si quidem hereditatis paternae, ut poste in ea prius suitatis ob[...] non radicatur: sed praeterea ius deliberandi prodest adeundi, vel repudiandi nisi post novam Theodos. et Valentin. obstet in l. unic. C. de his qui ant. apert. Cuius sententiam et vulgari substituto procederunt Salicet. in l. 3. C. de iur. deliber. et in l. precibus. C. de impub. subst. Angelus Perusin. in d. l. unic. C. de his qui ant. apert.

N.° 3.

At vero si filio instituto, cui datur vulgaris substitutus, neque suitas, neque necessitas auferatur, uti censent Fab. ubi proxime et Perigli eius Cumani indubitanter sequitur, ut si filius ita institutus ante immixtionem, vel gestionem moriatur hereditatis paternae ad proximiorem agnatum transmittet saltem cum iure deliberandi arg. tex. ex quo predicti DD. hanc doctrinam deducunt in l. si quis. 7. § 1. iuncto eiusdem tex. princ. de adq. hae. et tex. in l. 8. C. de i. delib. ita ut interim dum proximus agnatus defuncti heredis deliberat ius vulgaris substituti in suspenso sit, tunc substitutus vulgaris proveniabitur, si vel ab ipso filio herede instituto, vel ab eius proximo agnato vel a Matre defuncti filii paterna hereditas repudiata reperiatur: hic enim aliquis est effectus suitatis et necessitatis eius radicatae, ut sit transmissio ad suos agnatos, vel alios a lege vocatos, saltem quoad ius deliberandi, etiam in iudicium eorum, qui vulgari substitutione sunt. l. Cato. hostes. § C. de suis et leg. l. 3. C. de i. delib. l. unic. ant. fine. C. de his q. ant. aper. tab. a. Baldi et aliorum interpretatur. Cui rei essent est, ut et in opinione Bald. in qua suitas sive necessitas illis filiis servatur [...] vulgariter substituto, admittatur et transmissio bonorum paternorum ex potestate suitatis

tum, cum illa suitas, ratione qua amisit antiquam, et damnati diversam ad infelicem necessitatem, idest absque interventu haereditatis, et repetitionis civilis, patris necesse est omnium bonorum paternorum ad proximum agnatum, vel ad statum ex S.C.° Tertylliano transmitti valere revocabiliter, ut elegant explicat Bald.

N.° 4. Igitur vero ut maturo iudicio de praedictis opinionibus censeamus, proponenda in primis est famosior Bart. opinio, cuius quidem ratio quae coliter inevitabilis visa est, ut cernere est apud Alex. et Jas. in l. 20. n.° 4. Acosta in cap. si pater de test. lib. ac deinde filio n.° 6. cum seqq. Censet itaque Bart. suitatem, et necessitatem filiorum sublatam intelligi, si illis in primo gradu institutis vulgariter substituatur nepos ex eo vel extraneus: primo probatur fere evidenter in l. si filius 26 ff. h. tit.° Qua loci ante aditionem mortuo filio in primo gradu instituto nepos ex eo vulgariter ei substitutus tam patri, quam avo suus et naturalis haeres existit: modo sic argumentatur Bart. si in filio primo gradu instituto, atque ante aditionem mortuo perdurarent suitatis et necessitatis iura, nepos ex eo non potuisset avo suo tamquam suus haeres ex vulgari substitutione existere, sed patri suo dumtaxat suus haeres evaderet, in cuius haereditate aviti ex haereditatem ex propria suitatis sumptam, et damnatam reperiret: patet assumptio: quia si filius in primo gradu institutus, atque ante aditionem mortuus, suus, et naturalis patri defuncto patri fuisset, non adauget suitas et necessitas repetere eiusdem avi testamenti in duobus iam solidum exercere: scilicet in filio instituto, et nepote substituto. Ratio est evidens: primo, quia suitas, et necessitas semel ab uno inducta numquam exuerendo. uegata l. cum quari. 30. §. si d. et si. g. de fideicom. libert. 2.° quia suitas in duobus gradationibus graduatis distinctis numquam reperitur, reperiri ne potest l. posthumorum. 14. ff. de inust. rupt. l. Gallus. 29. §. Et quid si tantum. h. tit.°

N.° 5. Rursus praeterea Bart. decretorie probat quia si datio substitutionis vulgaris filio instituto suitatem et necessitatem non auferret, inutiliter filio patrem filio instituto vulgarem daret substitutum, cum numquam successorus admitti ullatenus potuisset, etiam si filius institutus patri

tri. m̃ri successor milies anthinuisset, & repudiasset in Katerina hæ-
reditatem. Assumpto evidenti [illegible]: quia si p̃ra suitate & necessitate est
dari vulgari substituto viveret, & filius intestatus mortuo patre suus,
& naturalis heres statim appareret l. in suis in fin. ff. de lib. & posth. l. hac quidem
[illegible] omnis caa. Porro semel radicata hæreditate in 1º gradu institutionis,
penitus extinguitur 2us gradus substit., nec deinde habet, quid operari
possit, aut debeat substitutus. l. post aditam §. C. de imp. subst. l. unic.
§. his ita definitis C. de caduc. toll. l. 2. ff. interdum ff. unum adverte.
quia si p̃ra suitate & necessitate post vulgaris substituti dari in filio
adhuc viveret, inutiliter & frustra statutum semper fuisset casus vulgaris substi-
tutionis, quæ utilem exitum habere nunquam potuisset, siquidem semper a filio p-
occupante hæreditatem in 1º gradu, ex intentu 2i gradus l. post aditam §.
C. de impub. subst. hoc autem absurdum est l. ex sententiis ff. de re iudic.
ut Pap. §. §. ff. de inst. ut. in quo vulgaris substitutus filiis superst-
itibus facta, suum directum effectum sortitur: alioqui dicendum esset vulga-
ri substitutio filio facta tempore demum utilis esse, quando filius, cui vulgaris
substituitur datur vivo adhuc patre mortuo, capitur, vel deportatur;
tunc enim tantum utilis erit casus Vulgaris substitutionis quia in eo casu filius
suus hæres Patri non cancteret, ut prop. morte, captivitate, vel
deportatum prevegatum: propterea tunc tantum vulgaris substitutus vocan-
bitur, quia ex p̃ra suitate hæreditas in filio præmortuo radicata non fuit.
Sed enim vero Vulgares subst. filiis factas ad hunc circumscriptum
inutilem casum restringere absurdum est d. l. ex sententiis 44. ff. de re iudic.
&c. §. §. ff. de inst. ut.

Rursus mihi sitis probato dom.is Bart. con- N. 6
tra ap. d. Pap. in l. ult. de Cond. Inst. Ex cuius glosa deinde
rite & recte intellecta, hæc maxima, quam in 2a specie potestatiuæ
cond.is, ita argutatur Bart. In hac specie dubitandum non est suitatem
& necessitatem filio in 1º gradu instituto sublatam intelligi: siquidem hæc
in 1º quam in 2a specie potestatiuæ cond.is nepotes ex filio iure di-
recto Vulgaris substitutionis tunc admittuntur, quando avito vivo, vel mortuo

filio instituto deficit, alioquin si suitas, et necessitas sublata filio non fuisset, nepotes iure directo tanquam sui, et nati avo heredes non admitterentur: impossibile enim fuisset, ut si hereditas avi mortui in filio intermedio ex sola suitate radicata fuisset, ad nepotes iure directo tanquam suos et natos avo heredes migraret, vulgata l. cum quasi 30 § 1. et si 40 ff. de here. in fin. l. etiam § 2 de bon. libert. l. 2 § 1 et § 8 ad Tertyll. l. 88 in prin. ff. de her. instit. l. 7. § pater ff. minor. quoniam ratio hereditatis, atque repraesentationis civilis semel induta indelebilis est, atque suapte natura perpetua, uti superius cap. 1. explicuimus. Iam 2° (inquit Bart.) sequitur, ut in praedicta specie patris suitas, et necessitas filio in primo gradu instituto sublata intelligatur, ex duplici causa sublatum esse intelligendum est: primo propter additionem potestativam filio adscriptam, quia additio potestativa suitatem et necessitatem filiis aufert. l. is dubitari 88. in princ. et § 1. ff. Cornelius. 61. ff. her. inst. l. voluntas 12. de condit. inst. l. additio 5. de cond. et dem. (in qua parte omnes consentiunt praeter Baldum) 2° propter datam substitutionem vulgarem, quia et substitutio vulgaris ex natura sua voluntarium facit. l. Iulianus 26 in prin. iuncta l. 1. § si proponatur 6° si quis omissa causa test. l. si Patronus. 12. § si Patroni filius. 6. de bon. libert. l. qui fundum 87. § qui filium 4. pro 2° et 3° heri ita verum esse ad l. Falcid.

N. 7. Quam posteriorem assumptionem masculine ratione probat Bart. quippe illa eadem ratio, quae facit, ut in recepta sententia suitas et necessitas filiorum per potestativam additionem adscripta auferantur, facere etiam debet ut suitas et necessitas filiorum a data vulgari substitutione auferantur. Nimirum ideo potestativa additio suitatem, atque necessitatem aufert, quia pater, qui filium sub potestativa conditione instituit, in eius arbitrio posuisse videtur, utrum heres esse velit, nec ne. d. l. voluntas 12. de condit. inst. l. Cornelius 61. infin. l. is dubitari 88. in prin. et § 1. de her. inst. Sed vere est, quod in vulgari substitutione eadem potestativa additio vi ipsa importatur, idest illa additio, heres esto si volet. d. l. 1. § si proponatur 6. et l. Iulianus 26. in pr. ff. si quis omissa causa test. Ergo quemadmodum in his casibus suitas, et necessitas

et necessitas filiorum aeque abbreviatur, ac vulgata intelliguntur, itaut per aditum vulgaris substituti suitatem, atque necessitatem auferri censendum est. Minor, in qua est difficultas, evidenter probatur, quia in hac formula, filius haeres esto, si filius haeres non erit, ne pos ex asse haeres esto: conditio illa si filius haeres non erit, duplicem casum comprehendit ex iudicio adscribentis. Primus casus est impotentiae, quando scilicet filius vivo Patre moritur, ita ut haeres esse non possit: probatur textus in dicta L. Iulianus 26. in primo responso. vers. quia omnis eadem. Secundus casus est arbitrii, et voluntatis; quando scilicet filius institutus et Patri superstes, potest esse haeres, et non vult, argumento textus in dicta L. Iulianus. in 2º responso. Porro ex his duobus casibus impotentiae, et voluntatis, Pater testator de primo casu imaginat vote ominoso, et abominabili non cogitat: argumento textus in L. Lucius. §. divisio quod abominor. de haer. instit. L. Coheredi 41. §. ult. verso quod abominor de vulgari. Proinde quod Pater in substitutione vulgari facta filio de 2º tantum casu arbitrii, et voluntatis cogitare credendus est. Haec di iura; et rationes, quae Bart. et communem Scholam movent.

Sed enim vero quamvis opinio ista satis sit probabilis; longe tamen probabilior, et iuridicior est opinio Bald. docentis per aditum substituti vulgaris suitatem avito filio proximo gradu instituto nequaquam auferri, necessitatem vero prorsus auferri: unde quod si filius proximo gradu institutus antequam adeat, renuat, ac haereditatem repudiat, decessit filius eius ut contrarie dicam bonorum paternorum ex potentia suitatis in se antea radicatam ad proximos agnatos. renuntiare transmittat eius iure deliberandi, vel adeundi scilicet, vel repudiandi, ita ut interim vulgaris substituti petitio suspendatur. Ita Bald. et Christophorus de Castellionis. Pellinus. in tract. de substit. q. 4. n. 12. et n. 84. et n. 103. Cuius ratio ut vere et recte percipiatur, duo vel tria signanter observanda sunt. Atque in primis observamus suitatem filiorum parum vel nihil recte eius rationem haereditatis paternae, sed eius rationem familiae repraesentationis paternae: quamquam enim haec duo prorsus suitas et haereditas individuo passu regulantur procedant ex natura L. in suis

n. scitto. l. 1. §. qui s. 7. ff. si q. omis. causa test. nihilominus tn̄ iuris vniuersitatis substantia à substantia hæreditatis et representationis hoc casu differt, adeo ut plerumque filius suus repertus suus quidem reperiatur, non vero hæres, et uicisim si suus abstentatus sit, intimatur. l. in dubitari. §. ff. de hær. inst. l. eodem nominis. §. de C. et B. uel si vulgariter filio substituatur, et plane superior Bartholi opinio hoc asy euidenter persuadet, ut infra uidebimus in solut. ad tex. in l. si filius. §. ff. de hær. inst. l. ult. de C. inst.

N.º 9. Quoniam autem substantia vniuersitatis à substantia hæreditatis et representationis immense differat ista exactum persuadet quia ratio vniuersitatis, ut ex nostris prius clare constat, nil aliud importat præter an-tecipuatam et dominatam bonorum paternorum dñiy d. l. in suis. n. scitto. Unde quod ista ratio vniuersitatis circa ipsa bona paterna corporalia uel incorporalia versatur neque eo quod ratio representationis paternæ pertingat. Nimirum quantum ipsa bona paterna corporalia uel incorporalia à rat.e representationis paternæ quiritariæ differunt; tantum effectu vniuersitas ipsa, quæ circa dñiū duntaxat eorum bonorum paternorum versatur ab ipsa hæreditate, et ciuili representatione patris differt. Iam uero quod bona corporalia, uel incorporalia hæreditaria ab ipsa hæreditate immense differant luce clarius est: text. expressus in l. fideicommissum. 18. §. quod res. ad Trebell. iuncto §. restitutam. 4. inst. de fideic. 8. sex. ubi is qui fideicommissarius hæreditatem retinere rogatus non ipsam hæreditatem, neque ipsam ciuilem representationem transferre rogatus est, sed bona duntaxat hæreditaria tanquam ab ipsa hæreditate successio quæ ciuili omnino differentia. Rursus in tex. singulari in l. hæreditas. 50. ff. petit. hæred. Quo loci hæreditatis ratio quod ciuili ista intellectualis est, à rat.e bonorum corporum quæ hæreditariorum abstrahitur cum quibus parum aut nihil commune habet præter requisitionem concomitantiæ, ut concludunt text. in l. bonorum. 208. de V. S. l. 1. §. 1. versic. sicut hæreditas ff. de rer. diu. quemadmodum enim intellectualis persona ciuitatis distinguitur à ciuibus, quæ constat, et quos obtinet l. mortuo. 22. de fideius. l. proponebatur. 76. vers. populum quemque de iudiciis et quemadmodum universitate intellectuali quod dbo. nomen à rerum adstrationibus distinguitur l. quod cuiusque. 5. de. imperio. in rer. abt. ita similiter substantia rei
cuius

utilitis in ambus haereditariis distinguitur d. l. haereditas. 50. de verb. signif. d. l. 18. ff. quibus ad Trebell. Cuiac. lib. 6. obs. Rap. in d. l. 50. Castillo 2. contr. 17. Gomez in l. 3. Tauri. n. 4. Fund. noster cum pluribus in suo tract. de adq. haer. cap. 2. n. 38. Valent. in eod. tract. cap. 1. n. 7.

Rursus haec 1.a Bald. annotatio clarior evadet si in praesenti doctrinam tantum prae oculis habuerimus quae potissimum effectus suitas in sua substantia importet ad differentiam illius effectus, quem in sua substantia ratio haereditatis, et repraesentationis paternae importet. Quo circa annotandum est, suitatem ipsam, quatenus antiqua, tum continuatam rerum bonorum paternorum dominii duntaxat inducit, illum etiam limitatum effectum producere, ut filius suus, et inde haeres ultra vires bonorum paternorum non obligaret, quia cum ratio bonorum, et eorumdem dominii a ratione aditionis distinguatur l. pater 17. in prin. et ff. 1. de castr. pecul. arg. l. si in solutum mulier 72 ff. 1. abl. adeo non ultra eum, cum obligatio haereditaria, suitas sola produceret, sed circumscriptum eum duntaxat ad solas vires bonorum paternorum. At vero ratio haereditatis, repraesentationemque paternae, quae ultra est, et necnon quasi residuum Patris persona l. nihil 24. de V. S. l. haereditas 59. de R. I. ideo non limitatum ad vires bonorum Paternorum obligationem, sed utique etiam ultra vires bonorum obligationem producit. l. haeres. 37. de adquir. haered. l. pater. 17. de castr. pecul. l. si certum 17. ff. de in fin. de ult. milit. Quo circa cum ex iisdem effectibus (ratione a posteriori) manifestissima demonstretur differentia inter suitatem filiorum, patrisque cuius Patris repraesentationem, necessarium est cum Bald. fateri res rosas, idest suitatem filiorum, et rem Paternam repraesentationem inter se toto caelo differre, non solum quia separatim ambulant (ut in nostro casu substitutionis et postestatem editis) verum etiam quia individuo passu gradiuntur, ut dum in pura institutione filiorum. Quae inter suitatem et haereditatem differentiam ex peculiari eorum insigniter illustraremus nova interpretatione ad tex. in l. 2. ff. ult. de haered. et l. nihil. 8. C. de inuen. de haered. Sed reservabimus, ne tractationis filum disrumpamus, ut tantum id ipsum commodius illustraremus ad suum huius articuli.

§. 10.

Iam vero manifesta inter suitatem filiorum et paternam repraesentationem differentia statuta, succedit 2.a et quidem potissima Bald. §. 11.

Baldi annotatio docentis, Patrem nullo modo eos si uelit (excepto extraordinario remedio) suitatem filiis efficaciter auferre posse, necessitatemque uero subeundae paternae hereditatis plurimis modis a Patribus uolentibus auferri filiis posse. Huius assumpti ratio aperta est, quia suitas introducta est a lege ciuili in fauorem filiorum dumtaxat, tam propter ipsorum bonorum Paternorum dominium, quod lex filiis ingenerat l. in suis. ff. de lib. et post. quam propter transmissionis beneficium l. ad nostrae 8. C. de suis et legit. Quo circa Pater beneficium illud ignes Patris causa non introductum, sed filiorum causa dumtaxat nullo modo auferre filiis potest, nisi specialiter a lege permittatur l. cum ratio. 7. ff. de bon. dam. aliter atque se res habet circa rationem necessitatis paternae hereditatis subeundae: ratio enim necessitatis subeundae paternae hereditatis introducta est in fauorem patrum potius, ne eorum fama post mortem periclitetur, si ex pura uoluntate filiorum pendere Paterna hereditas adire uel repudiare l. nam si 57. de adq. her. aug. ter in l. 1. in pr. inst. qui ex caus. man. non licet. Ex quo duarum inter suitatem, et necessitatem induendarum efficaciter soluit Baldi Patrem posse si uelit filiis auferre necessitatem paternae hereditatis subeundae, quod ideo auferre credendus est si filium ex necessario fecerit uoluntarium haeredem sub conditione expressa, si uoluerit, haeres esto. l. Cornelius. 67. in prin. de haer. inst. l. Titius. 12. de condit. inst. uel sub conditione potestatiua, si Alexandriam ierit, l. ij. ducentarum §§ in prin. et §. 1. de her. inst. l. sed et eo 5. de C. et D. Vt si vulgari substitutio filio instituto dederit, quia eius in vulgari substitutione conditio illa, si haeres non erit tantundem ualet, ac conditio si haeres esse noluerit. l. Iulianus. 26. in pr. l. 2. §. si proponatur. si quis omis. caus. test.

N.° 12. Vltima tandem Baldi annotatio primaria huius superioribus annotationibus inuenit; docet enim filiorum suitatem, idest dominium bonorum Paternorum, quod ex potestate suitatis perseuerat in filiis sub externa arbitrij conditione institutis, ueluti si uolunt; uel sub tacito arbitrio institutis ueluti si Alexandriam ierit, si 100 dederit; uel sub deuiniri arbitrio institutis, ueluti in substitutione Vulgari si haeres non erit, hoc honorum bonorum Paternorum dominium, quod ex potestate suitatis in illis ita institutis perseuerat esse dominium reuocabile, et mutabile, quippe si filius expresso, uel tacito

arbitrio

arbitrio sibi decreto utrum haereditatem paternam sibi tanquam haeredi voluntario delatam sponte repudiauerit, dictam bonorum paternorum ex pro suitate ipsius ad repudiationem donatam a filio consequentem duceretur, et mergit vel ab intestato venientibus deferri, si vulgarem substitutum filius non habeat, vel substituto vulgari si substitutum habeat. l. si filius. 26. ff. et l. ult. de cond. inst. l. 4. §. sen. et ult. de her. inst. Ratio autem de quo dubitatur dicta revocabile est, obscura non est. Cum enim in dictis bonorum paternorum ratio lucri, atque emolumenti haereditarii potissime accedat, consentaneum est commoda eius, quae eum sequi, quae sequuntur incommoda; quinimo consentaneum est, ut dictam bonorum paternorum a filio sponte repudiante ducedat, ut vel ad substitutos vulgares ex testamento adeuntes, vel ad venientes ab intestato deferatur; in quo tandem ratio incommodi, revaretur a civilis eius iuris gravamine rei alienae haereditarii se videt. Quo circa si filius ipse haereditatem, repudiatis paternis, tanquam haeres voluntarius sponte sudeat, tunc ratio suitatis, et dicti antea revocabilis in ipso filio incommutabilis consolidatur, incipit esse haeres suus, et voluntarius haeres patri, ut ipse praecedit et Bald. Ende non gaudet [illegible] in his dubitari. §§. §. ult. de har. inst. et l. conditionibus. si. de C. et D. quidquid in [illegible] valeant Marian. Socin. et Lance lib. Rob. in tract. de succ. part. 3. n.° 83.

Cui   N.° 13.

proximum Bald. annot. illud consequentissimum est, quod voce signant notat, atque ex ipso Christophorus de Castellion. Videlicet repudiatis filii institutis, qui pater cum expressi, vel tacite arbitrii, et substitutis vulgaris ex narrato habens est haeres voluntarius, repudiat esse dictis civilis, non praetoriis; quinimo cie & nihil commune fieri, vel cum beneficio abstin. restitutionis, vel ex adversis a rest. in integrum effecta. Admonitio fieri exspectat, ut primum in eo principio sistamus, censeamus quod substitutos vulgares post filii repudiationem non iure indirecto per remedium articulus ben. post. ut censent Angel. et Bald. ille in tract. de suitat. q.° 10. n.° §§. Rue decad. 82. cp. 6. et 7. Si iure directo ttri patri haeredes esse, si filius in 1.° gradu institutus iure haeredis voluntarii repudiauerit l. si filius. 26. ff. et l. ult. de cond. instit.

l. expiriendus. 2. §. quarta vers. insti. tit. Ratio huius assumpti elegan-
tissima est, quia cum in filio ita repudiante nunquam ratio haeredis, seu rat.
qd patrem initia fuerit (est enim haeres voluntarius, et repudians) nil
retinuit directi haeredis, atque rexat. personae civilis ad Vulgares substi-
tutos directe defferri. Neque obstat ratio dicti in praedicto filio instituto
ex pon. suitatis anticipat. et semuat. : suitas enim sola, idest anticipatus
dominus qui bonorum paternorum dicitur, qui à substantia civilis rexat. pa-
ternae distinguitur non imprimit characterem indelebilem, sed potius mutabilem,
arg. tex. in l. ult. §. pen. C. de curat. furios. quippe suitas et dominus nil
commune habent cum rat. haereditatis paternae, cuius proprium est personae indele-
bilem imprimere propter haereditatem eius, quae persona est sumpta non per-
na ex iuriosd. Vulgaris aliter atque in absentis potoria, et restit. in integrum
cl. nanis. 57. de adquir. haer. l. 7. §. 1. quod. Pap. Eminet. (ad quos vocati-
onem reinueniens est forsitan tex. insti. ex dictione 44. de re iudic. ut inferius
videbimus.) In iis enim speciebus abstensio, et restit. non solum praetoria est,
verum etiam tunc abstensio restit. qui simpliciter, quamvis ratio haeredis, rexat. et.
civilis in filium vel extraneo initia fuit, quae a Praetore deleri non valet, et
forsitan nec a lege civili iure regulari deleri potest. Illud certe ex-
ploratissimum est, quod in L. D. Gentili. Iacobi, et Vroniano ratio haeredis se-
mel impressa non debetur l. scilicet. 4. insti. de vacie. haer. l. in testamentis. 28.
§. quarto. l. si haeres. 70. ad Trebell. l. 2. §. 1. est l. ad Trebell. l. 2. §. ult.
unde legitur in his speciebus facile Baro, Angelo, Sorino, Lancelotti, et Za-
sio, fatemur Vulgares substitutos filio absenti, vel extraneo restituto
non iure directo admitti debere, sed iure indirecto, quo aliquis. omnino potest, re-
medij vel potoria, arg. tex. insti. cum. et ult. de adquir. haer. et tex. elegantis
cum glossa insti. ult. C. de unde liber. et tex. in d. l. ex dictione 44. de re iudic.

Quibus

N. 14. ita expeditis nunc soli unum promissum, ex quo Balde ita excavit Ioannes.
In formula Vulgaris substit. edito illa quadam substit. adiecta si haeres
non erit (idest si haeres non esse noluit) hanc dictionem edit in primo gradu
instit. praeducit, si velit haeres esto. l. Iulianus 26. infra l. 2. §. 11

Leonard

praeponatur 6. sed omis. caus. l. si Patronus. 12. ff. si patroni. 6. de bonis lib.
l. cum proponas. 8. C. de S. & S. Sed sic est, quod dum dicitur, si velit haeres esse
filius adultus, cum ex paterno haerede fiat voluntarius. c. Pon. 12 de cond. indeb.
l. Cornelius 67. ff. de haer. inst. ergo per clausulam Vulgaris substitutionis auferri filio in-
stituto necessitas subeundae paternae haereditatis. Maior et minor propositio neque ab
Angel. neque a Lancellot. neque ab Vdalrico Zasio, neque a Pacio negatur, qui
alioquin existiment per substitutionem Vulgarem neque necessitatem, neque suitatem filiis
auferri, de quorum sententia in secundo dubio videbimus. Malo sic cum Bald. inni-
timus. Necessitas filiis auferri expedita res est, quod sola necessitas, non vero suitas
ablata est. Et contra quod Pater in dubio id eius filii auferre censendum est, quod
in favorem ipsius Patris introductum est, non vero id, quod in favorem filiorum intro-
ductum est. arg. text. in l. 2. ff. et merito. & ff. si quis a Principe. ff. ne quid in
loco publico. At vero est, quod suitas potius dicit omnium et transmissionis benefi-
cium in favorem filiorum duntaxat introducta est d. l. in suis. ll. ff. lib. posth. necessi-
tas autem in favorem Patrum duntaxat et propter famam mortuorum introducta
est. l. filium 12. de Vulgar. l. nam si. 57. de adq. haer. l. sui. 8. ubi: sive ve-
lint. inst. de haered. qual. ergo Pater, qui filio dat Vulgarem substitutionem, necessi-
tatem solum, non vero suitatem auferre ei voluisse censendus est. Enim vero hoc
argumentum efficax non concluderet, si necessitatem, suitatem quoque filiorum unum, eamdemque rem ge-
nus esse probaret. Sed tamen cum in prima annotatione per Bald. eas distinctas quoque
esse evidenter probaverimus, certo certius est dictum argumentum esse concludentissimum.
Illud insuper hanc opinionem inevitabiliter in lingua dubitari §6. § 2. de haer. inst.
Confirmatur autem quod patet ex superioribus, quod in Vulgari substitutione tacita pupillaris solita co-
testatur inducitur; quod Vlpianus I. C. Maecianus filios sub potestate consti-
tutos haeredes suos plene esse appellat: deinde docet eos haeredes esse
voluntarios, non necessarios: ff. Excusse sentit Maecianus utriusque neque ordinis mem-
bra certum esse: tamen quatenus dicimus necessitatem paternae haereditati subeun-
dae filiis auferri, quam quatenus dicimus beneficium suitatis nequaquam eis
auferri.

Est plane quamquam Bald. itaque ex eo Vdalric. Zasius hunc textum n. 15
calumniare tentaverint, frustra id conantur. Dicent enim haeredes suos

qd. Marianus appellari filios, n. q. ius suitatis maneat in filiis suo expres-
sa potestatiua condit. inhibitus (existimant enim ex Angel. de Perusio, filiis
potestatiuam conditionem expressam auferri suitatem, et necessitatem, per suudit. autem Vul-
garem neque necessitatem, neque suitatem auferri) sed quoad aspectum sui haere-
dis satis est, quod in talibus idea suitatis eluceat, idest filiatio, quae tales
filios suos haeredes faceret nisi expressa conditio potestatiua adiiceretur. Non
addimus, melius id ipsum ab illis pari probari in l. Seia. 12. de cond. inst.
vers. narius. Quum haec interpretatio calumniosa est, si quidem Paulus in l. 5.
de C. et D. dicere scripsit filium et quidem pupillum sub potestatiua condit. institu-
tum posse sine tutoris authoritate potestatiuam condit. adeo efficaciter implere, ut post
impletam condit. neque immixtione, neque aditione, neque gestione indigeat, ut suus haeres pa-
tri existat. Hoc autem in extraneo pupillo, vel adulto haeredibus institutis
nequaquam contingeret, imo post potestatiuam condit. impletam est falso ad adquiren-
dam haereditatem indigerent, quo solet haereditas adquiri, scilicet aditione, vel
gestione. L. sigi. 13. L. si pupillus. 26. de cond. inst. ergo in filio suo potestati-
ua conditione instituto, non solum radix suitatis, idest ipsa filiatio eluceat, verum etiam
suitas ipsa eius efficaci suitatis effectu relucet; ergo filiis sub potestatiua co-
ndit. institutis sola necessitas, non vero suitas adimitur.

N. 16 **M**inus urget sue-
tiosa illa Angeli aduersus dictum Bald. rat. replicatio. Ponit enim Angel.
securim in radice negando esse velagio condit. illius Vulgaris subst. adulti, si hae-
res non erit tantundem valere, ac expressam illius condit. si haeres esse noluit, proinde quae
negat. ex illa negatiue, si haeres esse noluit, resultare hanc affirmatiuam expres-
sam, si velit haeres esse. Mouetur Angel. ex eo, quod quis inuicem non possunt
proditur affirmatiuam condit. tacite posse resultare, negat tamen expressam resulta-
re. Porro inter tacitam et expressam magna differentia est: quia quod expressum est ex iud-
cio et voluntate testatoris descendit: quod vero tacitum est, praeter iudicium, et voluntatem
ulterius peruenit; ut DD. tradunt in l. Titio 62. §. Iulianus. de leg. 2. et l.
4. C. ad Trebell. Ex quibus tandem si Bald. seludere Angel. conatur aer dat Vul-
garis substitutionem neque necessitatem, neque suitatem filiis auferri, quia condit. potesta-
tiua, si uolet haeres esse. non est expressa, sed tacita condit. quae ad idololon effectus

inu-

insufficiens est: si quidem illis tacitus potestatiua oditio necessitatis, et suitatis auferre debet, quae expressa est. l. pa. 12. de Cond. inst. C. Cornel. 67. de her. inst. Ceterum annotatio ista calumniosa esse est, quae vim manifestam disertis iuribus infert in l. Iulianus 26. si quis omis. caus. et l. 2. §. si proponatur eod. et l. cum proponas §. ult. si noluerit. C. de her. inst. In quibus I.C. et Caesares velint clarius explicare, vim illius oditionis negatiuae, si haeres non erit, quae in vulgari substitutione adiungitur disertissime docent tantumdem eam valere, ac istam oditionem, si haeres esse noluerit, vel non potuerit: proindeque potestatiuam oditionem expressam esse haec inst. Iulianus. 26. in fin. si quis omis. caus. quo circa in hoc casu nil refert, an expressa, an tacita sit potestatiua oditio filio adiecta, si quidem ex mente ill. ... filio, vel extraneo vulgariter substituentis tantundem valet, ac istam expressa oditio si haeres esse noluerit, vel non potuerit. d. l. cum proponas. §. ult. de her. inst. Iam vero cum Angel. fateatur per expressam oditionem potestatiuam non solum necessitatem, verum etiam suitatem filiis auferri, fateatur necesse est, quod nos cum Bald. defendimus, scilicet per oditionem potestatiuam tacitam quoque, quae eam vim expressae oditionis habentem, auferri filiis nec necessitatem, nec vero suitatem d. l. cum dubitari. §. 6. §. 2. de her. inst. d. l. quoties. §. de C. et D.

Rursus non obstat magna illa eiusdem Angeli ratio, quae omnes fere posteriores interpretes in suam sententiam traxit. — N. 17.

lata non neutiquam obligabitur ex allegatis iuribus. Obligaretur equidem coheres
agnoscens si hereditaria bona port. repudiatae iure saltem bonorum possess.
eis accrescerent l. 1. 2. et 3. de bon. poss. Sed in ea rapport. quam in
praesenti facimus scilicet bona illa non ad coheredem, sed ad creditores, uel fiscum
iure singulari transferri coheres agnoscens obstringi non debet;
quemadmodum enim si pupillus pro relicta, uel alterius non abiecisset port. suae
alter coheres agnoscens obstringi non debet; quemadmodum enim si pupil-
lus pro relictis, uel alterius non abiecisset port. suae alter coheres agnos-
cens omni aere alieno hereditario non obligaretur l. 25. §. 1. et 13.
fam. ercisc. sed ei dumtaxat qui alieno obstringeretur quod in sua port.
hereditaria cum tangeret; ita similiter bonis repudiatis ad creditorem
uel fiscum deuolutis coheres, qui port. suam agnouit, in ea dumtaxat
tenebitur, quae est diserta uox tex. in l. si minor. C. de adq. her.

N. 71 Quo circa
confirmandum est illorum iurium dictis, quae docent port. pupillorum pro relictis
uel simpliciter alterius repudiatas ad coheredem potius iure bon. poss. ha-
bitur, quam ad creditores uel fiscum iure singulari accrescere ob regulitatem
fundamentum innititur, quod si iure bon. poss. coheredi accrescat agnoscenti
saluum atque incolume manet ius solidum creditorum, quia ius bon. poss.
uia est et hereditarium scilicet aeri alieno obstringens l. 1. 2. et 3. de bon.
poss. alteri atque si ad creditores ipsos, uel fiscum deuoluatur pater enor-
mitas quae [illegible]. Ex quibus tandem infertur non ius indiuiduum separat. neque

velut et intellexit articulus à dictis iuris decret. expressisse, s. potius ius favoris, quod magis civilium, quorum cum lege condi e. d. l. in eximendo succ. edit.

Accedimus. Scaevola dixit in d. l. ex s. 44. superesset ut tantisper Cuiacio concedamus, qui sic interpretatur nimis indulgens, eamque ambitiose ostendens, si id in specie Pap. in d. l. 7. § d. d. et minor rescripto Antonini Pii, et Alexandri Severi opus fuisse ut servus test. vulgariter pupillo ex[illegible] substitutus admitteretur exclusio fisco post pupilli aetatem, quia ex illa specie non filius pupillus, sed potius pupillus extraneus ab ipso agnoscit, comitem ab initio numeroque [illegible] ita absorbuisse, ut eius servus proprius test. vulgariter pupillo extraneo substitutus exclusisset d. l. ult. de succ. edit. arg. text. in l. post aditam s. C. de impub. subst. nisi miserationis intuitu rescripta sese interposuissent, ut post aetatem pupilli servus substitutus admitteretur exclusio fisco = Equidem interpretatus hanc ipsam patimur, qui similes Imperatorum rescripta in illa specie longe altiori cardine revolvi; si enim ideo emanaverunt ibi rescripta, quia servus substitutus vulgaris iure ipso exclusus fuerit per primum pupilli extranei aditionem; quinimo idea rescripta ibi emanaverunt, quia quamvis alias quilibet homo liber vulgaris substitutus in illa specie exclusio fisco sine controversia admitti debuisset d. l. ex s. 44. servus tamen proprius test. iure heredis necessarii admitti nequaquam potuit, neque iure directo, nec indirecto ex eadem rat. Pap. ad text. n. reponenda, & sub distinct. laudata, ut infra explicabimus. Aliud enim est in circumstantijs illius textus aliquem simpliciter admitti, ut simplex vulgaris substitutus iure heredis voluntarii, quod indubitatum est, neque rescripto indigens d. l. ex s. 44. Aliud longe est servum proprium test. non ut simplicem substitutum iure heredis voluntarii, sed iure potius heredis necessarii (de quo ibi tractatur) admitti. quia eius ratio necessitatis emanare non posset nisi à iure directo repetatur, si quidem implicatoria est necessitas, quae iure indirecto introducta l. 3. § initio. ff. de bon. poss. necesse fuit in

illa spectet, vel aliquo innuebatur, cum rat.e intellectus directe repugnat; secundo i.o narri Thezidii imprimendo. Verum nulla alia via inventa est nisi extraordinaria rescriptorii potestas, que directe repugnat in quo illo rescripto adhuc iure suo manente deleret, annihilaret, ut sine praeiudicio iuxit, et naturae directe dni tertii repugnato secundo enim quasi imprimerentur, que ex natur hezedis faceret. Ex quibus uno telo tam quaeque vabzy, illy 12. dei 20. illy 1. vult. 3. expulsavimus.

N. pri. Assumpsimus tandem

probandi dup. extrema linea: Et quamquam hec mea, Baldi sp. du=
=plicem limitatis habeat, alteram circa substitutionem ex formula Galli A=
=quilii introductam, alteram circa substitutionem vulgarem tacitam =
=in pupillari expressa comprehensam, sugerendemus =
=tamen; quia cuilibet in formula Galli me=
=dioante instituto, atque etiam in pu=
=pillari substitutione mediocriter =
=versato limitationis ratio =
=ex multi prius fa=
=cile apparere =
=bit.=

Finis coronat opus &c.

Salm.ae anno Dni 1662.

NOVÆ ET METHODICÆ PRÆLECTIO

AD TIT. DE VSVCAP.

Ad L. 1. ... [illegible]

L. [illegible]

[illegible]

PRIMA PARS.

D. VSVCAP. PRÆSCRIPT. ET VSVRP. IN COI. VBI

NOVA ET ME THODICA PRÆ LECTIO.

AD TIT. DE VSVCAP.

AD D. Iosepho de Retes vespertino Salmantino.

LEges 12. tab. quæ appellantur à Cicerone fons totius iuris diuini, humaniq; nil tam exacte tractarunt, quam usucap. ut adnotauit Franc. Balduin. ad eas leges. cap. 2. Sed quia ius uetus immutatum fuit a Iustiniano in l. unic. C. de usucap. transform. & uetera I. C. fragmenta interpollata fuerunt à Compositoribus, ut iuri nouo conuenirent, ut notat M. Aurelius Galuan. in dissertat. de usufruct. cap. 11. pag. 84. & cap. 12. pag. 101 & 109. (quidquid reclamet Reuard. in suo Triboniano in P. 11.) adeo redditus fuit difficilis tractatio nostra, ut merito idem Galuan. dixerit, interpretes in hac re, præsertim antiquiores plurimq; uariumq; turbasse; quam ob rem, Charissimi, Clarissimiq; Adolescentes, hunc titulum exponendum selegi, utilem forensibus tirocinijs, subtilem Scholasticis dissertationibus, & in foro, & in Academia difficilem. Sed ad rem.

PRIMA PARS.

D VSVCAPe. PRÆSCRIPTe. ET VSVRPe. IN COI, VBI

EX

EXPLICANTUR ETHIMOLO gia et definitio.

N. 1. VErbum usucapio est ex duobus compositum; nempe ex usu sive per usum capio, apud [illegible] capio [illegible] ut dicimus [illegible] cap[illegible] capionem [illegible] capiunt [illegible] nomen [illegible] ex cap[illegible] modo, [illegible] pignoris; ita Marcus Cato lib. 1. quaest. epistol. apud Agellium lib. 6. noctium atticarum cap. 10. quem locum Agellii [illegible] apud Struuald. lib. 5. cap. 5. litt. A. [illegible] Assim in [illegible] C. de usucapione empt. n. 4. Idem ergo est capere [illegible], ac usucapere, et capere per spatium temporis. [illegible] Treutlerus Volum. 2. selectarum disput. 22. thesi 1.

N. 2. Usus etenim apud ueteres [illegible] possessionem significat: imo ex hac vulgari significatione praedia illa, in quibus plenum ius domini non habebant, sed tantum dominium utile, sive bonitarium appellabant possessiones, ad differentiam illorum, in quibus habebant plenum dominium quod vocabant agros; plenum vero dominium quiritarium l. quod [illegible] de V. S. Festus Pompeius lib. 4. de verborum, quae ad res pertinent, significatione ibi: possessiones appellantur agri late patentes publici et privati, qui non mancipatione, sed usu tenebantur, Brisson. 2. selectarum 10 Revard ad ll. 12. tab. 18 Struual. 5. dom. 5. litt. B. Valent. 1. illustr. tract. 2. cap. 2. n. 1. Itaque eatenus adquisita praedia possessiones appellabantur, et possessio appellatur usus rei. teste Aelio Gallo vetere I.C. vel prae quo sensu Horatius lib. 2. satyr. ult. dixit

Queis si [illegible] consultis mancipat usus

[illegible], quarumdam rerum dominium adquiritur per possess. bene tamen verum est alibi patere verbum usus, quam possessio; quia possessio non potest esse nisi in rebus corporalibus l. 3. de adquir. poss. usus vero et clara servitutum, et caeterarum rerum incorporalium l. 1. §. ult. de aqua quot. et aest. docet Salvan. de cap. 22

N. 3. Deinde capio significat perfectam rei adquisitionem, ad differentiam vocis acceptio, quod denotat adquisitionem imperfectam: ille enim capere dicitur, qui adquirit, ut perpetuo sibi retineat; ille vero dicitur accipere qui ita

adquirit

adquirit, ut res ab eo auferri possit b. 2. hud. 12. de N. V. qua dixit, proprie significatio horum verborum; namque quod in l. 121. eiusdem tit. de capere aliquis intelligi, quamvis sit alius adquisitum, pertinet ad tractatum legis propriae; et sensus est, ut quis possit adquirere alteri ex titulo debere ex causa sui ex qua sua, veluti filius, ut adquirat Patri; licet enim alii adquirat, capere est, qui capit, ordant Alciat. Noodt. et alii in d. l. 120. Ex qua significat. verbi capiendi incipit etiam adquisitio per usum, sive usucapionem tribuere plenum, et irrevocabile dominium. Mys. in fragm. tit. 19. §. usucap. 8. ut inferius demonstrabimus.

Secundo nunc proponenda et exponenda definitio usucapionis, quae extat in l. 3. h. tit. et apud Ulp. 4. d. §. usucap. 8. et Isidorum lib. 5. originum cap. 25. Modestinus ita definivit: <u>adiectio dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti</u>. Ulp. ita: <u>dominii adeptio per continuationem possessionis anni, vel biennii: rerum mobilium anni, immobilium biennii</u>. Isidorus sic: <u>adeptio dominii per continuationem iustae possessionis vel biennii, vel alicuius temporis</u>. Supra quas praecipui potest esse inter eas definitiones habet elegantia ratio, Modestinus quippe relatus in pandectis in d. l. 3. eloqui debuit ad mentem Compositorum, vel ad eam reduci, qua propter non meminit anni, vel biennii; quia tempus hoc exterius iure erat novum Iustiniani statutum, ut res mobiles biennio usucaperentur, immobiles vero 10 inter praesentes, et 20 inter absentes l. unic. C. de usucap. transform. ponunda ergo sunt generalia, ut comprehendant quodcumque tempus. Ulpianus vero expressius loquutus fuit ad sui saeculi morem quo annus et biennium ad usucapionem sufficiebant. Isidorus quoque adiecit vocem <u>alicuius temporis</u> respexit novas statutas, et ius Gothorum, de quibus suo loco agemus. Cuiacius quod Ulp. et Isidor. dicunt <u>adeptionem</u>, Modestinus vero <u>adiectionem</u> utrumque recte, ut notat Donell. 5. com. 50. adiectio enim significat additionem, quae facta est, qui legitimo tempore possedit; legis enim authoritate ei dominium additur, non privata voluntate domini; vel quia domino bonitario fide possessor habitus et adquisita opinione domini addenda pleni perfecti quod iuris, et dominii quiritarii, ut dicam infra n. 13. Vel quia hoc genus adquisitionis

N.° 4. Definitio.

simile ē alluvioni; ut enim adquisitio per alluvionem incrementi latens sit latenter, et quae tacite transeuntis temporis adquiritur per usucapionem hiis modis explicant verbi adiectio Vinell. et Oswald. litt. C. et D. ubi gl. Mela de usucap. 1. §. cap. 2. a princ.

N. 5. Sed nunc se offert levis scrupulus: usucapio enim non tantum requirit omnium possessionem, sed etiam titulum, aut causam adquirendi, et hoc amplius bonam fidem ex parte adquirentis saltem in initio possessionis, quae nec ... Nunquam enim usucapere potuit, nisi qui rem a non domino emit, et iusta causa accepit cum bona fide existimans se a domino accepisse, quod iure civili tantum tradidit Iust. in d. prin. et de lege 12. tab. interpretatur Theophilus, quae interpretatio nunc pendente titulo ... cum Gothofr. lib. 2. ad l. 12. tab. n.o 23. num.o 2. et eius filio Iacob. Gothofr. lib. 3. ... ad tabulam 6. in libro, cui titulus est fontes iuris civilis: ... in dignit. ... adiecit ea verba, quae exigerent praedicta requisita. Ut se ab hac difficultate Aliciat. et Duar. apud Oswald. d. c. 5. litt. E. tentarunt ducere titulum et bonam fidem non esse de substantia usucapionis, quod etiam peravit Iacob. Santdiar. ... Decisionis lib. singul. interpr. abierens titulum desiderari tantum ad transferendum possessionem, verum cum usucapio tota sit iuris permissio, et introductio, ut mox dicam, et iure civili introducta sit usucapio cum illis conditionibus, et non aliter; dici non potest dari eam praeter substantiam eius cum sine illis subsistere non possit. Quare dicendum est hanc requisita virtualiter inesse in verbo possessionis, quo utitur definitio, ut recte sentiunt V. Sug. 4. syntagm. c. 4. n.o 6. Gilchen. d. Inscript. 2. p. c. 2. n.o 10. et 2. seq. quos sequi videtur Oswald. d. litt. E. dum eo postremo loco refert; quia possessio non aliter talis dici meretur, nisi quae iusta sit, neque iniusta et adquisita sine titulo verbis est detentatio, et invasio; nec nomen, et effectum possessionis habet: deinde mala fides, et animus usurpandi alienum impedimentum etiam reddit possessionem: iusta enim est, quae affectu et existimatione domini aliquid adquirit l. 2. 4. et 7. C. de praescript. 30. vel 40. ann. quod secundum subtilem materiam verbum possessio in hac definit. claudit titulum et bonam fidem.

N. 6. Quo iure inducta sit usucapio.

Sequitur, ut videamus, quo iure inducta sit usucapio utrum iure civili Romanorum, an gentium? Hanc quaestionem summa vi, et validissimis rationibus versant AA. nostri; nos autem ut potius illam decidamus, quam disputemus, asserimus adquisitionem per transcursum temporis factam à iure gentium dimanare, si usucapiendi formam, qua utimur, requisita et adiunctis quibus procedit, à iure Quiritium esse. In primis negare non possumus derelictionem esse modum abdicandi dominii, et occupationem rei derelictae esse iuris gentium l. quae ratione 9. § alio casu 7. de adq. rer. dom. cum vulgatis: et etiam certum est longum silentium domini de re sua non curantis pro derelictione accipi ex ipsius assumpta voluntate l. si hominem 15. § non autem 21. de damn. infect. quando si ex parte veteris domini datur intermissio possessionis per multum tempus, et ex parte novi possessoris datur continua possessio, sequens est, ut hinc procedat adquisitio, quae naturali ratione fundatur, et attribui debeat iuri gentium. Agnoverunt ius hoc omnes gentes, et scriptores; Cornel. Tacit. lib. 6. annal. dixit, vetera reposcere esse vanitatem impudentiae; illius quoque aequitatem commendat Cicero lib. 2. officior. ibi: quam autem habeat aequitatem, ut agrum multis annis, aut etiam saeculis, à te possessum, qui habuit amittat! Sic Lacedemonii apud Isocratem illos, qui civitatem Messenensem tanquam suam à retro saeculis repetebant, rem insulte agere, cum firmam stabilemque possessionem longa dies reddidisset. Sic Sulpicius contra Antiochum disputans ostendit iniquum esse, ut quod Populi Graeciae aliquando in Asia servivissent, denuo in eandem servitutem deducerentur, à qua fuerant facti immunes per longam possessionem libertatis apud Livium lib. 35. Et ut aliis parcamus Exemplis, non male Nicetas Coniates lib. 2. hist. inverecundum appellavit Enricum Imperatorem Latinorum, quia in dubium revocabat vetustissima, et longa possessione detenta. Sed quamvis haec in totum iuri gentium attribui debeant, non facile tamen ab illo iure tempus assignabimus, in quo perficiatur usucapio: nihilominus dicendum est tempus immemoriale, idest cuius memoria non extat l. 3. § ductus aquae. de aqua quot. et aestiv. sufficere etiam per illud iura, quia si hoc tempus à iure gentium non esset, nulla usucapio inde manare posset. Deinde 100. annorum transcursus sufficiens videtur: nam Romani contra Antiochum tres generationes apposuerunt ex iure gentium, quae,

20 annos faciunt apud Livium lib. 34. Imo cum aliquo titulo possiden-
di 40 anni satis sint ad usucapionem, et qua ratione navanti quia diuturnius
silentium valde desidiosum videtur. Hoc ergo tempus usucapionis iuris gentium
esse censuerunt P. Anton. Petra de potestat. Principis cap. 28. n. 34. Hugo
Grotius lib. 2o de iure belli cap. 4o. Valmisotus sive arbiter inter Mar-
tem Gallicum et vindicias cap. 7. §. 1.

N. 7. Quoad formam vero et requisita asseve-
ramus esse iuris civilis Romanorum: nec enim credendum est viris AA. in
tradenda usucapionis origine mentitos fuisse. Et quamvis Ulp. in fragmentis tit. 19.
§. usucapione 8. numerat usucapionem inter modos adquirendi dominii à iure Quiri-
tium inventos; et Justin. in princ. inst. tit. 2o expresse affirmat à iure civili
fuisse institutam. Deinde lex 12 tab. tempus designavit, intra quod res usu-
caperentur, et cavit ne furtivum aut raptum posset usucapi; interdixit quoque usu-
capionem hosti, idest Peregrino, qui iure Romano non gaudebat, ut notat Iaco-
bus Gothofr. ad l. 12. tab. tab. 6. pag. 212 quae omnia maxime singularia sunt,
quae ut iuris gentium possint attribui: id circa in non sensu accepti asse-
verunt usucapionem iuris civilis esse Asin cum multis in rubr. C. de usucap.
pro empt. n. 4. Treutlerus volum. 2. disp. 22. thes. 2. litt. C. Utrum vero
Leges decemvirales, quibus usucapio statuta fuit, ortum habuissent à graecis
Solonis legibus, vel Draconis Atheniensium legislatorum, vel à moribus
Lacedaemonicae, ex quibus plerumque desumpta fuerunt teste Pompo-
nio l. 2. §. postea quoque 4. de orig. iur. an vero essent ex duabus tabulis,
quae a decemviris additae fuerunt, ut in eodem tab. dic.; magis dubitari, quam
decidi valet: scimus tamen in legibus Platonis, quamvis omentione sua
lib. 12. de Republic. mentionem fieri adquisitionis, suffragium possessionis
et temporis, quae initium est usucapionis; et superiori n.o plane illud ad-
quirendi genus cognitum fuisse à Graecis, ex quo videtur potest à Graecis
ad Romanos transivisse. Ideo quod existimo etsi non legem ipsam, et sal-
tem à Graecis urbibus traductam fuisse usucapionis materiam in usum,
quae postea à Romanis specialius expolita fuit. Illud tamen adverte-
randum est hodie regulariter effectum esse iuris gentium, cum nulla gens, aut

natio

tiano sit, qua non utatur hac adquisitio licet sub diversis statutis ... cuiusque politiae conformibus, ut notant AA. superiori num. laudati.

Sucedit ut inquiramus, qua ratione usucapio introducta sit? De qua re sic censuit Consultus in l. 1. ff. de usurp. bono publico introducta est usucapio. Ecce causam introducendi habes, nempe publicam utilitatem, ne rerum domini diu in incerto essent. Ut ipse prosequitur in ratione, ne homines desidiosi sint, et curam gerant rerum suarum, scientes negligentiae puniri earum amissione; et rursus, ut possessores securi colant agros, domos incolant, et reparent, si quidem post tempus statutum veteres dominos timere non debent; alioquin omnes vacillarent de iure rerum suarum, et omnes possent dubitare an a vero domino emissent. Adstruitur denique alia ratio ex l. ult. C. de usuc. ut sit finis litium: soluto enim usucapionis tempore nullum ius, nullaque actio superest adversario; quod utilissimum reipublicae esse probat Vulpes ex eo quod longi libris de dolo. Et ob has rationes, et causas introducendae usucapionis illustrant omnes in d. l. 1. et transcripsit Ana... l. 1. n. 29. part. 3. Addendi D. Solorzan. latissime d. tom. 2. lib. 3. cap. 8. Donell. et Duald. lib. 5. cap. 30.

Cum ergo bono publico introducta sit usucapio d. l. 1. ff. de usurp. consequens est, ut aequitate nitatur; quod ut probatur Cicero tam lib. 2. off. quae de Senectut. omnia, quae pro salute Reipublicae fiunt, aequissima sunt; quia salus Populi suprema lex debet esse: quam de causa Horatius in arte Poetica dixit, utilitatem publicam esse matrem iustitiae et aequitati, ...

Cum ventum ad verum est, sensus moresque repugnant,
Atque ipsa utilitas, iusti prope Mater, et aequi.

Quod forsan desumpserunt ab Arist. qui lib. 1. rethoric. cap. 13 aequalitatem ita divisit, quaedam aequitas est, quae in utilitate publica consistit, quaedam consistit in mansuetudine; hanc aequitas mansuetudinis solet iure appellari bonum, et aequum; quod non servantes Iudices contemptis dispositionibus legum perniciose errant; ut dicitur in l. si servum. 91. § 3. de V. O. Quam docens Constantinus sanxit, ut authoritas decernendi

N. 8.
Qua ratione inducta sit usucapio.

N. 9.
Utrum aequitate nitatur.

soli Principi reservandæ l. i. iuncta l. ult. C. de legib. quæ in iudiciis, quæ contra illas iudicant, dicta cerebrina æquitas à Fabro in iurispr. tit. 1. princ. 2. illat. 2. Nec enim secundum æquitatem, quam sibi fingunt, sed contra ius rectum scriptum debent iudicare, ut docent Iaso post Antiquiores in l. placuit n. 8. C. de iudiciis. Alia æquitas est interpretationis, quam Græci Epikeia vocant, nos possumus eam vocare æqualitatem intellectus cum scriptura pensatis debitis circumstantiis, et reductis ad mentem legislatoris, hæc æquitas, quæ propria est I.C.ti et summorum Interpretum opponitur summo iuri, idest illi iuri, quod pessimi iuris periti sectantur inhærentes verbis iuris, nec ab illis volentibus recedere; de hac æquitate disputant ultra laudatos ab Oswald. 2. cap. 13. Budæus ad l. 2. de iust. et iur. Covarr. lib. 2. de iur. civil. in artem redigendo cap. 5. et ea se videndus l. 13. de eo quod met. caus. Ex quibus certum est, ut contra publicam utilitatem sit usucapio.

N. 10. Vtrum contra naturam lex usucapionis sit.

Proxima sequitur est quæstio, utrum contra ius naturale sit usucapio? Quod proxima facie dicendum videtur, quia ad alienandum sive ad amittendum rei proprietatem domini proxima regula, et potissima ratio naturalis est domini voluntas §. per traditionem instit. de rer. divis. quæ est contra principia iuris naturalis. Quæ res nonnulli videntur interpretari, asserendo dari voluntatem, si quis sinit partem suam rem ab alio usucapi. B. Pinel. in select. 17. n. 25. Sed proprie non spectat ad voluntatem amittendi dominii, de qua hic loquimur, agimus enim nunc de expressa, et voluntas nulla est inter præsentia, quæ non numquam est alter, nonnunquam contra voluntatem domini, et sola iuris censura deducitur, ut post multos docet Ant. Barbos. in l. si quis empt. illat. matr. Deinde quia iniquum est, ut alter cum alterius iactura locupletetur l. nam hoc nat. ex. de condict. indeb. et contra quempiam naturalis ius suum unicuique tribuendi, sed per usucapionem ius suum domino aufertur. ergo contra ius naturale est usucapio.

N. 11. Variis modis se gerunt Interpretes in decidenda hac quæstione, quorum plausibus omissis placet, quas videbit, sic definiendum censeo. Præcepta iuris naturalis quædam sunt universalia, quædam

magis

magis specialia ad eorum decisionem, quae illis generalibus obstant, imo derogant ob tentum maioris boni. Usurpatio attributa secundario iuri gentium in l. Ex hoc iure 3. de iust. et iur. Et omnino optima fuit attento primario statu, in quo non refrigerat fraterna charitas inter homines, nec eorum animos inuaserat auaritia, sed eo modo illa urgente, et ex quo aliorum desideria, qui ex laboribus aliorum uiuere uolebant, multo melior fuit omnium rerum diuisio, ut unusquisque proprium haberet, ut suum curaret, quam primo omnium statum liberari non poterat, ut consideraret Arist. 2. polit. 2. Cum quo dimisit praeceptum illud, ut proprium non posset sine uoluntate domini in alium transferri, universale est, et forsan prius in tempore quam alia praecepta, quae divisio dominiorum introducta fuit. Sed cum occasio est multarum litium obquirere, an quod in me transtulit, habuisset ius transferendi; nunc nec homines sederent rebus suis, si liceret ueris dominis illas semper repetere, inducta fuit acquisitio per usucapionem propter bonum ad tollendas discordias. Per hoc genus acquisitionis specialioris ratione naturae nihil derogat quod illi generali praecepto de requisita domini uoluntate in translatione dominii; Et ut uno uerbo dicam, acquisitio per suffragium temporis est forte praecepti illius secundum non secundum rationem naturae nihil quippe alia solidiori, et quae magis publicae utilitatis respicit.

§. 12 Vtrum in foro conscientiae admitatur.

Cum igitur exigente natura humana sit usucapio et introducta fuerit ob bonum commune, consequens est, ut etiam in foro conscientiae debeat admitti, nec peccet qui dominium et ius per eam quaesitum retinet, etiam si postea in scientiam rei alienae incidat. Accedit quia in Principe et lege humana residet potestas adiudicandi, et auferendi dominia, ubi ex aequo, cum ipsa sit omnium rerum regina: quod quod potestate legis fit iustum est. Deinde quia ius Canonicum, quod consulit saluti animarum recipit, et retinet istam usucapionem et praescriptionem. c. 2. c. uigilanti. et cap. ult. de praescript. P. Molina tract. 2. disp. 62. Lessius lib. 2. cap. 6. dubit. 17. Illustrissimus Papia 2. in catena moral. lib. 5. q. 23. art. 5. S. Thomas lib. 12. art. 25. Quamuis aliter distinguat Glos. in dicto c. uigilanti secuta ab Oswald. d. cap. 30. litt. Q.

N.º 13.
De effectu usucapionis

Nunc de effectu usucapionis uidendum est. Per illam
adquirebatur alieni rei dominium verum, quod diximus Quiritarium. Erat enim
ciuilis modus adquirendi, ut mancipatio, et in iure cessio. Vlp. in fragm. tit.
19. a princ. Res uero omnes aut mancipi erant, aut nec mancipi. Manci-
pi dicebantur praedia Italica, et aedes, animalia mansueta, siue quae gre-
gatim pascuntur, item res mobiles, quae erant in perfecto dominio utentium:
Nec mancipi appellabantur praedia prouincialia, siue stipendia Senatus, si-
ue tributaria Principis, quia dominium Quiritarium erat apud Populum Ro-
manum, uel apud Principem residebat. Possessores uero accipientes possessionem
habebant, siue dominium quiritarium bonitarium; item alia fera, aut arte man-
suefacta, quae non erant in perpetuo dominio, et quandiu sub domini custodia
retinentur, ex qua si se insiliuntur, proprietatem amittuntur, et fiunt nullius,
ceduntque denuo occupanti l. 3. cum seqq. de adquir. rer. domin. In summa res
mancipi poterant a domino abalienari, idest effectu transferri in potestatem
accipientis, et res quae non poterant abalienari, siue quia dominium quiri-
tarium non erat penes utentem, ut praedia prouincialia, siue quia ipsae erant in-
capaces domini, ut ferae bestiae, dicebantur nec mancipi, quibus latius expo-
suit tit. 2. opusc. lib. 2. cap. 19. Igitur cum usucapio esset modus ciuilis adqui-
rendi domini quiritarii, consequens fuit, ut res nec mancipi, quae tali domini
incapaces erant, non possent usucapi, uelut stipendiaria et tributaria
praedia princ. inst. et in Theophil. tit. l. unic. C. de usucap. transform.
Rerum mobilium nec mancipi alia censura fuit, ut dicemus infra n.º 50.
Deinde res mancipi non aliter abalienantur, quam si in earum traditione in-
teruenisset mancipatio, idest solemnis traditio per aes et libram, quam
descripsi d. n.º 19. Si uero simpliciter tradebantur, tantum dominium bonita-
rium transibat Theoph. in § ult. inst. de libert. postea uero per biennium,
uel per annum possessa efficiebantur domini quiritarii possessores, et
usucapio adiiciebat quiritarium dominium bonitario ante adepto, et hoc sen-
su propriissime dicebatur usus adiectio, quo utitur definitio in l. 3. h. tit.
ut dixi supra n.º 4. Sic similiter ii, quibus Praetor addicebat bona, non
fiebant domini quiritarii, sed bonitarii, idest consequebantur possessionem

ue

rei, tanquam dominus iure praetorio, quia Praetor non poterat facere dominium Quiritarium;
quo sensu accurandus est textus in §. quos autem instit. de bon. poss. Sed hoc
dominio adiiciebatur quiritarium per suffragium temporis, si possessor anno, uel
biennio continuo rem possideret, ut indicatur in l. 1. in l. Herennius 42. de usur.
Colligunt hoc Cuiac. nouell. 4. Merill. 2. variar. dec. 38.

Illud tamen certum est, tam N. 14.
iure ueteri, quam nouo, ut qui a non domino rem bona fide, et iusta causa interueni-
ente accepit, si tempore legibus constituto continuo possideat, fiat dominus per usu-
capionem, cum alioquin per traditionem dominus factus non fuisset, quia nec dominus erat,
qui tradidit, nec quisquam plus iuris in alium transferre ualet, quam ipse habet
§. l. traditio 20. ff. de adquir. rer. domin. Itaque qui dominus non est, si ex iusta causa
tradat non transfert dominium, sed causat usucapionem l. clauibus 74. de contr.
empt. Hualld. lib. 2. cap. 20. lit. D. et ss., qui rem traditam accepit usuca-
piendo dominus fit, ut diserte dicemur in l. traditionibus 20. C. de pact.
ubi uerbum traditionis, refertur ad eum, qui dominus est, qui tradidit, uerbum usucapionis
ad eum qui non dominus, si possessor iustus erat. Quae uerba eodem modo expli-
canda sunt in l. 7. §. ult. ff. empt. Probant etiam textus in l. denique 19. cum
seq. ex quibus caus. maior. l. 1. §. totum de public. in rem act. l. qui alienam
54. l. 56. §. si cum possit 3. ff. eiusdem. ubi qui rem alienam uendidit liberatur
a periculo euictionis si emptor eam usucepit, uel usucapere potuit, et
tum uenerit, quominus usucapio effectum sortiretur: probat etiam textus in l. damni
18. §. 1. de damn. infect. l. sequitur 4. §. land. 15. ff. cod. l. 2. C. si aduers.
usucap. l. ult. C. de edict. D. Adrian. toll. l. 1. et 2. tit.° 29. part. 3. do-
cent Donell. et Hualld. cum mult. lib. 5. cap. 29. per tot.

Nec praetereundi N. 15.
ueteres Interpretes, quorum longum catalogum recenset Vazquez Men-
chaca illustr. cap. 54. n.° 2. qui disputabant, utrum per usucapionem tolli pos-
set ueteri domino dominium rei, et adquiri usucapienti. Quorum dicebant,
dominium esse iuris gentium l. ex hoc iure. 5. de iust. et iure. usucapio iuris ci-
uilis: sed ea quae iuris gentium sunt, iure ciuile tolli non possunt §. sed naturalia.
instit. de iure natural. ergo usucapio, nec tollere, nec dare potest dominium effectum

directi, q. 1.ª ad plus utile. Alii dicunt per triennalē usucapionē adquiri
dnium directum rerum mobilium; per decennalē uero tantum adquiri dnium utile
rerum immobilium, quos isti sequuntur Menchaca ubi sup. Couarr. in reg.
possessor. 2. p. in prin. nº 8. Pinell. in auth. nisi triennale. nº 36.
et duobus seqq. C. de bon. matern. Sed utraq. ista omentita est. Et 2.ª ius
indultum 3.ª et 2.ª aliorum ueterum, quos sequitur P. Barbos. in l. si q.
emptori in princ. ex nº 12. C. de praescript. 30. uel 40. ann. distinguentium
inter dnium ciuile, et dnium naturale, asserentium per usucap. rerum mobilium
et immobilium adquiri dnium ciuile, naturale uero remanere penes ueterem
dnium.

N° 26. Sed et haec friuola opinio est. In primis enim quoad ea, quae negamus, usucap. mere iuris ciuilis esse, cum sit iuris gentium saltem introducta
ut dixi nº 6. Deinde si tota a iure ciuili esset, non est dubium, quin lex
ciuilis sit modus a iure gentium sucessus, et proprietatis tollendi, dandique
dnia, ut docete probat Couarr. in reg. possessor. 2. p. in prin. q. ius ci-
uile non tenetur per omnia sequi ius gentium, sed cum ius aliquid alibi.
ad eo recedunt, tunc ius ciuile efficiunt l. ius ciuile 6. de iust. et iur. Do-
cent et illustrant Vazquez Menchaca illustr. cap. ubi Cuiac. in l. 2. 8. hu-
ius tradit. eod. tit. Donell. 4. com. 22. et ibi Duald. lit. C. Ergo lex me-
re ciuilis multis ex causis potest uetere dno tollere dnium, et nouo con-
cedere, quamuis iure gentium dnia introducta sint. 2.ª opinio reiecta cum
exigerimus, quid sit usucaptio, est namque mera ignorantia terminorum.
3.ª eam reiicitur facile, quia licet ciuilis lex introduxisset usucap. et in-
uenisset nouum modum adquirendi dnium, tamen dnium hoc modo adquisitum,
non minus naturale esset, quam adquisitum modis naturalibus: dnium enim sem-
per eiusdem speciei est, quamuis modi, aut causae adquirendi sint diuer-
si arg. ex l. 3. § genera. de adquir. poss. Et quemadmodum non differt dnium
adquisitum ex causa emptionis ab adquisito ex causa permutationis, sic neces-
tat specifice, adquisitum per modos a iure gentium introductos, uel per mo-
dos iuris ciuilis, ut subtiliter deseruat Bart. in l. ex hoc iure. 5. nº 5.
de iust. et iure. Quibus una littura delere possum omnes de hac lite, et

uetery subtilitates, quas frustra examinat P. Barbos. in d. l. 5.

Sed ut N. 17.

uery fatear, isti errores, et ab illis affluentes manarunt ex ignorantia subiectam praescriptionis, quam id circo in praesenti expono. Praescriptio alia communis est, alia specialis; praescriptio in communi dicitur quaevis exceptio, qua reus summouet intentionem alterius, hoc modo accipitur in titulo de exceptionibus et praescript. ubi communiter notatur. Sic in l. si debitori. 91. de solut. dicitur praescriptio doli mali pro exceptione et aliis in locis, quae colligit Brisson. de V. S. verb. Praescriptio. Ratio est, quia cum Praetor conficiebat formulam actionis, qua in rem apud datum iudicem experiretur, si reus in disceptatione habita coram Praetore defensionem proponebat, conditionaliter conficiebat actionis formulam, et praescribebat iudici modum, quem teneret in iudicando, itaque si paret Lucium Titium 100 Titio debere eum condemna, ni fuerit pactum de non petendo; proprium enim erat praescriptionis recipiendae aduerbium ni, vel nisi vel, si non. Brisson. lib. 5. de formul. usque nec ad except. pag. mihi 402: multa apud Vult. in rubr. de exception. à prin.

De Prescriptione.

Praescriptio uero magis specialiter sumpta ex communi usu loquendi Iuris Consultorum significat exceptionem temporis, qua reus consequitur securitatem contra aduersarium, hoc modo accipitur titulus de diuers. et temp. praescript. in cuius serie tantum agitur de exceptionibus, quae ex transcursu temporis pariuntur, et textus in l. dotia. 76. §. 2. de contrah. empt. ubi haeres potest uti iisdem defensionibus, quibus uti potuit defunctus; et quae consequens praescriptione temporis, quam ipse acquisiuit, et in l. Patrony. 5. sequitur ingen. esse dicitur. et in l. praescriptio 5. C. de operib. public. et aliis in locis notant supra laudati et Coman. 6. comment. 14. n. 2. P. Gilchen. de praescript. 1. p. cap. 2. à prin. O-Suald. 5. com. 4. litt. M. N. 18.

Exposita significatione nominis, ut rem ipsam comprehendamus, quod mihi maximo labore obtint, 1.° obseruandum est iure D. et C. multas fuisse actiones temporarias, quales erant actiones Praetoriae rescissoriae, quae annales fuerunt, cum et Praetoris imperium annale fuisset. prine. inst. de perpet. et temp. act. l. in honorariis. 37. de O. et A. item N. 19.

De praescrip-
tione

alio aedilitia, et redhibitoria, per quam morbosum animal redhibetur, ut reddatur venditori, qui morbum, vel vitium occultavit, sex mensium spatio concluditur l. secundum. 19. §. tempus autem. de aedilit. edict. Alia, quanto minoris, anno durat l. eius sex. 55. ff. l. 2. C. eod. tit. alia de iniuria annalis est l. ult. C. de iniur. alia de dolo biennalis l. ult. C. de dolo. Nec opus est alia exempla adducere superioris doctrinae, cuius materiam expressam tractavit Cuiac. in materia de praescript. Ergo istae actiones a iure introductae vel limitatae temporis expirant elapso tempore, scrutando solum exeo, quod suis temporibus inclusae sint l. sicut. 3. C. de praescr. 30. vel 40. ann. habent enim suas vitas tanquam homines, et termino elapso morientur: ad quas adaptaret videtur mihi illud Seneca epist. 30. ubi, vita eius excepta morti data est. In hac praescriptione sive exceptione nil necesse est ex parte possidentis, sed silentium adversarii sufficit; si non agat in tempore exclusus est, et debitor tempore liberatur, ut dicitur in l. si quis. 37. de fideiussor. l. ult. C. rat. hab. nec quaeri potest auctori, cui ius quod non indulserit, quod temporale remedium: quare in hac praescriptione impertinens est quaerere, de bona vel mala fide praescribentis, ut docte censet Covarr. in reg. possessor 2. p. §. 2. n. 6. vers. 7. quemadmodum si usque ad 20. annos, vel non ultra quis promiserit, exacto enim tempore liberatur, ut post Bart. comparat Amaia in d. l. sicut. n. 25.

N. 20. Aliae actiones sunt, quae ex delictis, damnis, acquisitionibus promissoriis debitorum nascuntur, velut ex venditionibus, locationibus, furtis, et similibus causis, quae a iure civili pendent quoad (quod est author Gom. Althon. l. 2. ff. deinde de orig. iuris.) sed tamen praesupponunt eas iuste, et ad vitiis commutatas ex mente, quas actiones recompensativas appellat summi iudicii author. Molin. de iust. et iure. tract. 2. disp. 66. actiones istae iure sunt perpetuae fuerint, nec silentio tollebantur, nulla negligentia auctoris eas deliberaverat usum. instit. de perpet. et temp. act. id circo de illas nulla poterat ratione praescriptio cuiuscumque temporis: secundum quod ius Antonius Caravalla in l. adversus. 8. C. de negot. gest. actiones negotiorum gestorum perpetuas esse, et nulla praescriptione talis

posse decernit . Papinianus in l. 3. et alt. vel percipiunt fideicommisso. opertent. et
in l. quae fideicommissa. 7. et leg. 2. Diocletian. in l. rescribunt de iudicio communi
dividundo; finium regundorum in l. 3. C. in qu. caus. cess. long. temp. praescript. et
iudicio familiae erciscundae in l. haereditatis. 4. C. eod. tit. l. haereditatis. 7. C. de
petit. hered. l. lucr. 8. C. de iur. delib. et alt. ex empto in l. emptor.
21. C. de evict. de alt. tutela in l. tutores in l. tutores. 8. C. arbitr. tutel. et
alt. quae spectat ad vindicandum, retrahendum fugitivum in l. 1. C. de serv. fugit.
Quae exempla satis sunt ad probandum iure veteri, usque ad tempora Diocletian.
et Maximiani, actiones, quae perpetuae dicebantur, nullo silentio perimi, et
quorumcumque tempore elapso posse in iudicium deferri absque metu praescript.

Novae iure Codicis, quae extat in l. sicut. 3. C. de praescript. 30 vel 40. — N. 21. Noua praescriptio actionum.
quae desumitur ex l. unic. C. Theodos. de action. temp. cert. finiend. causa fuit,
ut omnes actiones tam in rem, quam in personam, tam universales, qualis em-
ptio haereditatis; quam speciales, ut rei vindicatio et similes, tam ex contractu,
quam ex quasi contractu, civiles et praetoriae, item ex delicto, vel quasi, sue-
rint tollerentur silentio, sive praescript. 30 annorum, ut non haberent facul-
tatem diutius vivendi, quod expressius sanxit Iustin. in l. 1. et ad haec. C. de
annal. except. l. 2. vers. 2. C. de ... peiun. l. ult. C. unde vi. Novell. ut spon-
salitia largitas c. 7. unde desumitur auth. malae fidei. C. de praescript. long.
temp. 10 vel 20 ann. l. 24. tit. 29. part. 3. adeo quidem ut Valerianus Imp.
sanxerit, ut conditio adscriptitia, et originalia abolerentur per 30 anno-
rum silentium. Sed haec statuto sublatum fuit novioribus constitutionibus, quae ca-
vetur, ut adversus adscriptitios, seu originarios diceretur aeterna fuisset actio,
nec praescriptio ulla adversus eam posset opponi etiam tricennalis l. praescript.
C. de praescript. 30 vel 40. l. si quis. C. de decurion. lib. 10. l. cum satis
23. C. de agricol. et censit. lib. 11. Itaque omnis actio quae iure vete-
ri perpetua erat, ex novis constitutionibus praescripta fuit intra 30 annorum
longitudinem. Haec est vis novae tricennalis praescriptionis, quae observanda.

Expe- — N. 22 De auth. novae pscript. 30 annor.
dit nunc investigare, quis fuerit author huius novae praescript. actionum

nam de eo magna contentio est inter autores nostri iuris interpretes. Cuiac. ad. l. 1. C. de praescript. 30 vel 40 annorum. et lib. 18. obs. c. 26. quem sequuntur P. Barbos. in rubr. C. eod. tit. Ruald. ad Pynell. lib. 5. cap. ult. litt. A. censuerunt authorem fuisse nostri Hispani Theodosii magni huius nominis primi, nititur quod sequenti fundamento; quia Theodos. 2us et Valentin. novell. sua tit. de praescript. asserunt Patrem Theodosii introduxisse tricennalem praescriptionem: quo non Theodosius 2us, sed Theodos. primus induxit: cum vero ad verba obstet Theodosii magni non fuisse Patrem Theodosii iunioris, effugit hunc scrupulum ex eo, quod Imperatores solent appellare Patres, quoscumque antecessores l. ult. C. de edend. Rursus censet inscriptionem d. l. sum. 3. quae extat in codice Theodos. ita, Honorius, et Theodosius Augusti Asclepiodato Praefecto Praetorio mendosam, et corrigendam esse ex autographo codicis Theodos. qua tantum habet Theodosius, ut sit Theodosius Magnus, non secundus, qui imperavit cum Honorio.

N. 23. Verum ab hac observatione sese receperunt Iacobus Silmondus. et Ioann. Sabaro in notis ad Sidonium lib. 8. epist. 16. quos sequitur novissime Innocentius Cironius lib. 2. obs. iuris canonic. cap. 18. contendentes authorem triennalis praescriptionis fuisse Theodosium iuniorem, cuius sunt haec fundamenta. 1um. quia Valentinianus in novell. 12. de episcopal. iudic. paulo post medium aperte scribit Patrem eius Theodosium induxisse praedictam praescriptionem: Theodosius vero secundus fuit socer Valentiniani, quem ratione eius Patrem appellat, ut e contra Theodosius iunior Valentinianum nomine filii honorat Novell. 2. Rursus inscriptio et subscriptio d. l. 3. C. d. tit. unicum, quae missa est ad Asclepiodotum, et promulgata Ravennae, quae fuit urbs Regia Honorii. Non esse Theodosii iunioris suadent, quia iunior fuit, qui cum Honorio imperavit, ut est certum, et ipse Cuiac. fatetur. Denique Anianus author iuris illius saeculi Secretarius Regis Gothorum Alarici, qui Codicem Theodosianum in epitomen redegit, qua hodie utimur, et notis illustravit ad dictum verba illa Patris nostri Theodosii, quibus nitebatur Cuiac. ad Theodosium Iuniorem refert. et ex sola 2a. Valentiniani accipit: quibus adductus rationibus hanc sententiam sequor. Nec superioris fundamenta valent, non primum cui ea nostra

Ariani

Arriani ex satisfactum manet; illa enim Novella, quamvis in titulo praeferat utrumque Imperatorem, qui simul imperabant, tamen a solo Valentiniano promulgata fuit, ut ex subscriptione constat, idea ergo asseruit a Patre suo indultam fuisse, quia ipse solus loquebatur, ut mox testatur Acerbus in novella supra allegata. Rursus non dilatat dicta unica. C. Theodos. de actionibus cert. temp. quia potius probat istiusmodi fundamentum pro hac sententia siquidem Theodosius iunior fuit, qui cum Honorio imperavit, et cuius tempore praefectus gessit Asclepiodotus, ut aperiunt C. laudat. cui emissa fuit praedicta constitutio quo tempore Theodosius imperabat cum Honorio, et antequam collegam imperii assumeret Valentinianum ipsius generum. In Codice vero Iustiniani Honorius praeponitur, non quia fuisset author, ut omnia expressa testimonia superius allata censuit Connan. lib. 3. com. cap. 15. num. ult. sed quia antiquior erat; et omnibus auspiciis promulgata fuit Ravennae, quamvis collega eam edi curasset.

Sed Alexander 3. Papa in concilio Lateranensi anno 88. cap. 5. relatus in cap. vigilanti 6. extra de praescript. authorem quadragennalis, triennalis et praescriptionis laudat Ephesinum legis latorem, quae verba fatigarunt certim DD. Interpretes, de Ephesino legis latore dubitantes magis, quam disputantes. Omissis ergo omnium solutionibus dicendum est cum Cyron. Ephesinum legis latorem, cuius meminit Papa esse Theodosium iuniorem, qui ideo Ephesinus dictus fuit, quia egregiam operam navavit in convocandis Patribus ad celebrandum concilium Ephesinum, ut memorat Card. Baronn. anno Christi 431. n. 5. N. 24.

Cp. vigilantis. extra de praescriptionib. v. Gotofr. ad C. Theodos. novell. com. fol. 192. col. 1. vers. Unde.

Nec offendimur tandem in l. ult. C. fini. regund. quia licet in ea mentio fiat triennalis praescriptionis, quae legitur in C. Iustiniani, et antiquior sit, quam dict. l. 3. C. de praescript. 30. vel 40. tametsi recurrimus ad fontes, ex quo dimanat, hoc est ad l. ult. eod. tit. in C. Theodos. aperte habemus nullam ibi mentionem fieri triennalis praescriptionis illa ergo verba addita fuerunt a Compositoribus propter ius novum postea inductum, ad quod minor non animadvertere A.A. praeclare cuiae. N. 25

L. ult. C. fini. regund.

De authore huius praescriptionis satis superque exigimus N. 26

De requisitis tricennalis praescriptionis.

nunc restat inquirere in quo consistat, et an quid requisiti indigeat? Et vane solo silentio adversarii ortum est; si enim adversarius non agat intra 30 annos evanescit effectus actionis sine alio opere quocumque decernatur, ut enim dicit, hodie quaedam actiones a iure perdita fuerunt temporanee, ultra quod tempus non durant, ita Theodosius iunior generaliter omnibus actionibus ... 30 annorum praescripsit, ultra quas non durarent, ut multis fundat Amaia in d. tit. 6. C. de usu. ... ex n. 16 usque ad 26. Ex quo attento iure civili minime posse negari ad hanc triennalem praescriptionem superfluo requiri titulum, aut bonam fidem, ut expresse patet ex auth. mala fide. C. de praescript. long. temp. l. 7. l. si quis. 8. in princ. C. C. de praescript. 30 vel 40. quod non nititur bona fide praescribentis, sed solo silentio adversarii. Hodie vero attento iure Canonico in d. cap. vigilanti 6. quod de hac praescriptione loquitur, ut supra fundavi, certum est, statutum Theodosii abrogatum esse, nec eius praescriptionem procedere posse cum mala fide, et conscientia peccati: illa enim alias non est introducta sola iuris potestate, sed acquisita a partibus, ex actione, vel damni acceptione ... vel ... [illegible] ... quare huic effectui non potest, ut desiderat cum mala fide, et conscientia peccati posset alteri tollere alterius quaesita, non magis quam hereditare ... aut rapina; ... se dare et non solvere ... in conscientia non est, licet tempus praescriptionis elapsum sit, debuit enim solvere cum primum potuit, nec debet excusare, ut creditor urgeat. Amaia ubi supra n. 23. ... ... indubie ... praescribere non posse; ita tenent Covarr. docte et elegantes in reg. possessor. 2. p. § 8. n. ... Rodrig. lib. 1. ... quaest. cap. 1. § 11. n. 14. et dicta 10. n. 3. P. Barbos. cum multis in l. 8. C. de praescript. 30 vel 40 a princ. et ex n. 87 et 88. P. Gregor. lib. 40 syntagmat. cap. 8. P. Molina tr. ... et 2. tract. 2. disp. 662. Lessius lib. 2 cap. 6. dub. 6.

N. 27 Sed P. Barbos. cum aliis a se relatis ubi supra n. 43 et sequentibus, quod substineat ... leges esse correctas iure Canonico, et praescriptionem mala fide procedere non posse, tamen existimat posse in omni casu sustineri etiam stante mala fide, si lex, vel statutum disponat, ut omnino tollatur actio transacto tali, vel tanto temporis dictu. verba ad actiones

etc.

ipsa, n. ad scribente, q. ng. tunc ita ipsi est, quod cam omnit sui allum debiti, nec eius scientia, aut ignorantia, quod etiam post alios docuit Joannes Sanchez Abulensis in selectis disp. 48. n. 59. Sed hac opinio jam explosa est, ne dum falsa, quia est dicta verbalis, n. realis, sic, vel sic disponere, quae in iure electoria censeturs, cujus effectus idem sit. L. 2. communia de legat. Deinde, quia sola oblivio, vel negligentia creditoris sine aliis debiti circumstantiis salva bona fidei ex parte debitoris n. est causa sufficiens privandi aliquem iure suo, maxime quia multoties homines variis occupationibus impediti n. se da hus suis exigendis. Tandem quia debitor, qui n. offert sponte creditori, quod illi debet, cum possit exsolvere, in statu peccati, & sua reputatione ius autem n. potest aliquo stante ... & dilatione, sine facti honestate, cum sit contra naturam. L. 1. de fur. L. pedem 42. de V. S. sed nulla causa potest efficere, ut cum mala fide procedat praescriptio alicuius immutabiliter, ut docent AA. V. citati. & Vaeb. L. 3. tom. 68. Serrulor. vol. 2. disp. 22. thesi 4 litt. K.

Verum tamen difficile est applicare ius Canonicum in nostris foraneis, quod bona, vel mala fide praescribentis pendet ab eius occulto animo, & loco operantis extrinsecus attendo alio per transcursum temporis, praesumit solutionem, vel satisfactionem intervenisse ex parte debitoris, quod tamdiu inquietatus n. fuit. Quare hac praescriptio dicitur praesumptio solutionis, ut cum multis fundat D. Barbos. in d. l. sicut ex n. 100. quamvis aliter disputet. Emmanuel Roderic. a Silva nuper advocatus huius civitatis in tract. de salariis familiarium q. 55. ex n. 19. Imo n. male dicitur hac praesumptio iuris, & de iure a Covarr. ind. reg. Possessor. 2. p. §. 12. a n. 6. vers. 3. Mala enim fides probari nequit nisi ex confessione partis, quae fateatur, se scire certo n. solvisse, quam raro, aut nunquam faciet, ut notant Covarr. ubi supra. Joan. Gutier. in L. nemo potest. de legat. 1. n. 457. Quapropter iudici ad absolvendum reum n. est opus ulterius exploratione, an tempus praescriptionis navium transivisset. N. 28. Praxis huius praescriptionis.

Aliqui tamen incauti advocati, amittunt lites, quia nesciunt opponere defensionem praescriptionis; opponunt enim eam nude, & absolute di- N. 29

